XIII. [1]Nam quid ea memorem quae nisi eis qui uidere nemini credibilia sunt, a priuatis conpluribus subuorsos montis, maria constrata esse ? [2]Quibus mihi uidentur ludibrio fuisse diuitiae ; quippe quas honeste habere licebat abuti per turpitudinem properabant. [3]Sed lubido stupri, ganeae ceterique cultus non minor incesserat : uiri muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere ; uescendi causa terra marique omnia exquirere, dormire prius quam somni cupido esset, non famem aut sitim, neque frigus neque lassitudinem opperiri, sed ea omnia luxu antecapere. [4]Haec iuuentutem, ubi familiares opes defecerant, ad facinora incendebant. [5]Animus inbutus malis artibus haud facile lubidinibus carebat ; eo profusius omnibus modis quaestui atque sumptui deditus erat.

Test. XIII. 1 a priuatis... constrata ADNOT. SVP. LVCAN. *2,677* ; *6,56* ; *cf.* HIER. *Ep. 60,18* qui subuertit montes... maria constrauit AMBR. *Hex. 5,10* deficit terra hominibus sternuntur et maria || 2 quibus... properabant ARVS. *VII 451,2* quippe... properabant PRISC. *III 320,16* || uiri (uiros) muliebria pati AVG. *Ciu. D. 6,8* ; FIRM. MATERN. *De err. 4,2* (uidere est... uiros m. p.), uiri muliebria exercere HEG. *4,25.*

5 reliquerant : -runt *DF* || proinde : perinde *QKDP²N²*.

XIII. 1 ea : ego illa *Porphyr.* || uidere : uideri *P* || subuersos esse montes et maria constrata *Porphyr.* || constrata : constructa *QK² D² aliquot. dett.* contracta *alii* || 2 habere honeste *Arus.* || per turpitudinem : pro turpitudine *D¹Fμ* || 3 uiri *K²T²D²s, Heges.* : uiros *cett. codd., Aug. Firmic.* || neque sitim *D* || non famem aut lassitudinem neque sitim neque frigus *Q, F* (*om.* neque frigus) || 5 quaest* tui *P.*

XIV. Dans une cité aussi grande et aussi corrompue, Catilina n'avait pas eu de peine à grouper autour de lui tous les vices et tous les crimes, qui formaient comme ses gardes du corps[1]. Tous les débauchés, les adultères, les habitués de tripots qui dans le jeu, la bonne chère, les femmes avaient dilapidé la fortune paternelle, tous ceux qui s'étaient chargés de dettes pour se racheter de l'infamie ou du crime ; en outre, tous les parricides, les sacrilèges de toute origine, déjà condamnés en justice ou redoutant une condamnation ; ajoutez les spadassins et les faux témoins que nourrissait le parjure ou le sang des citoyens, tous ceux enfin que tourmentaient le déshonneur, la misère, le remords, tous ces gens-là étaient les intimes et les familiers de Catilina. Et si quelque homme encore sans reproche se laissait prendre au piège de son amitié, la fréquentation quotidienne et les tentations avaient vite fait de le rendre égal et semblable aux autres. Du reste c'est surtout des jeunes gens qu'il recherchait l'intimité ; leur âme encore tendre et malléable se laissait facilement prendre à ses pièges. Suivant les passions que l'âge allumait en eux, aux uns il procurait des filles, aux autres il achetait des chiens et des chevaux[2], bref il ne ménageait ni son argent ni son honneur,

---

1. Il n'est pas étonnant que dans cette description des complices de Catilina, Salluste se rencontre souvent avec Cicéron ; le *tamquam stipatorum caleruas* est près du passage du *pro Murena*, 49 : *Catilinam stipatum choro iuuentutis, uallatum indicibus atque sicariis.* L'énumération qui vient ensuite *quicumque inpudicus, adulter, ganeo* se retrouve à peu près exactement dans la deuxième Catilinaire, § 23 : *quorum omnis industria uitae et uigilandi labor in antelucanis cenis expromitur ; in his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes inpuri inpudicique uersantur.* Et plus loin : *quis tota Italia ueneficus, quis gladiator, quis latro, quis sicarius, quis parricida, quis testamentorum subiector... inueniri potest qui se cum Catilina non familiarissime uixisse fateatur ?* (*Cat.*, 2, 7).

2. Sur ces plaisirs de la jeunesse, cf. TÉRENCE, *Andr.*, v. 55 et s.

XIV. [1]In tanta tamque corrupta ciuitate Catilina, id quod factu facillumum erat, omnium flagitiorum atque facinorum circum se tamquam stipatorum cateruas habebat. [2]Nam quicumque inpudicus, adulter, ganeo, manu, uentre, pene, bona patria lacerauerat, quique alienum aes grande conflauerat quo flagitium aut facinus redimeret, [3]praeterea omnes undique parricidae, sacrilegi, conuicti iudiciis aut pro factis iudicium timentes, ad hoc quos manus atque lingua periurio aut sanguine ciuili alebat, postremo omnes quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, ei Catilinae proxumi familiaresque erant. [4]Quod si quis etiam a culpa uacuus in amicitiam eius inciderat, cottidiano usu atque illecebris facile par similisque ceteris efficiebatur. [5]Sed maxume adulescentium familiaritates adpetebat ; eorum animi molles etiam et [aetate] fluxi dolis haud difficulter capiebantur. [6]Nam ut cuiusque studium ex aetate flagrabat, aliis scorta praebere, aliis canes atque equos mercari, postremo neque sumptui neque modestiae suae

---

Test. XIV. 1 in tanta... ciuitate Avg. *Ciu. D. 3,2 (om. nom. Sall.)* ad hoc facinorum circum se tamquam stip. cat. habebat Evgraph. *in Ter. Eun. 1013 (citatio mutila)* || 2 quique manu uentre pene bona patria lacerauerat Fronto *153 N* (*citatio mutila et mendosa*) manu... lacerauerat Avg. *Dial. 7,13,10 Cr.* manu pene bona patria lacerauerant Anon. Bob. *I 553,29 ; cf.* Theopomp. *ap.* Athen. *4,167b*, Charis. *I 553,29* || 3 quos... alebat Avg. *Ciu. D, 3,2 (om. nom. Sall.)* || 4 similesque ceteris efficiebantur Arvs. *VII 507,6.*

XIV. 1 in tanta tamque Ω' *(praeter CBT) Aug.* : in tanta itaque tamque *A*²*CBQ*² in tanta igitur tamque *T* || factu : actu *Kn* || flagitiorum atque facinorum : flagitiosorum atque facinosorum *KH*, *N*²*M*²*T*²*l*²*m*² || ad hoc facinorum *Eugraph.*, *om.* omnium flagitiorum ac || 2 quicumque : quique *Fronto* || ganeo *BYsnmeP*² *om. P*¹*l* alea *A* (ganeo *s.s.*) ganeo alea *C* || impudicus adulter ganeo *om. Fronto* || pene *om. P*¹ || manu *(deinde lacuna 4 litter.)* alea uentre pene *B* || 5 molles etiam et fluxi *P*¹ (aetate *s.s. P*²) *A*¹*l* : molles actate et fluxi *A*²*CBH* molles et aetate fluxi *QYsnme*.

pourvu qu'il s'en fît de fidèles sujets. Quelques personnes, je le sais, ont même été jusqu'à soupçonner les jeunes gens qui fréquentaient la maison de Catilina d'avoir fait bon marché de leur pudeur; mais ce bruit se fondait moins sur des preuves réelles que sur les conjectures qu'on tirait de tout le reste[1].

XV. Dès sa première adolescence Catilina avait eu des amours criminelles avec une jeune fille noble, avec une prêtresse de Vesta[2], sans parler d'autres actes du même genre contraires aux lois humaines et divines. Il finit par s'éprendre d'Aurelia Orestilla chez qui, sauf la beauté, aucun honnête homme ne trouva jamais rien à louer, et comme elle hésitait à l'épouser par crainte du fils déjà grand qu'il avait eu d'un premier lit, on tient pour certain qu'il fit assassiner ce fils pour laisser la maison libre à ce mariage criminel. C'est même ce meurtre qui, selon moi, fut pour lui la principale raison de hâter son forfait. Son âme impure, ennemie des hommes et des dieux, ne trouvait d'apaisement en effet ni dans la veille ni dans le repos ; tant le remords ravageait son esprit inquiet[3]. Aussi avait-il le teint livide, les yeux hagards, le pas tantôt rapide, tantôt lent ; bref son visage et son expression reflétaient son égarement.

---

1. Le *nonnulli* désigne sans doute implicitement Cicéron, qui s'étend avec complaisance sur les débauches de Catilina et de ses amis ; cf. *Catil.*, I, 4 : *quod nefarium stuprum non per illum ? Iam uero quae tanta in ullo umquam homine illecebra fuit, quanta in illo ? qui alios ipse amabat turpissime, aliorum amori flagitiosissime seruiebat...* et plus loin 2, 10 : *Hi pueri tam lepidi ac delicati non solum amare et amari, neque cantare et saltare, sed etiam sicas uibrare et spargere uenena didicerunt... O bellum magnopere pertimescendum, cum hanc sit habiturus Catilina scortorum cohortem praetoriam !*

2. C'était Fabia, la demi-sœur de Térentia, la femme de Cicéron ; cf. Préface, p. 15.

3. La leçon *excitam* est confirmée par le vers d'Ovide, *Met.*, 2, 669 :

Nec fruitur somno, uigilantibus excita curis.

parcere dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. [7]Scio fuisse nonnullos qui ita existumarent iuuentutem, quae domum Catilinae frequentabat, parum honeste pudicitiam habuisse ; sed ex aliis rebus magis quam quod cuiquam id compertum foret haec fama ualebat.

XV. [1]Iam primum adulescens Catilina multa nefanda stupra fecerat, cum uirgine nobili, cum sacerdote Vestae, alia huiuscemodi contra ius fasque. [2]Postremo captus amore Aureliae Orestillae, cuius praeter formam nihil umquam bonus laudauit, quod ea nubere illi dubitabat, timens priuignum adulta aetate, pro certo creditur necato filio uacuam domum scelestis nuptiis fecisse. [3]Quae quidem res mihi in primis uidetur causa fuisse facinus maturandi. [4]Namque animus impurus, dis hominibusque infestus, neque uigiliis neque quietibus sedari poterat ; ita conscientia mentem excitam uastabat. [5]Igitur colos ei exsanguis, foedi oculi, citus modo, modo tardus incessus ; prorsus in facie uoltuque uecordia inerat.

Test. 7 scio... frequentabant *(sic)* Non. *433,18.*

XV. *Cf.* Florvs, *Epit. 2,12,1* ; Val. Max. *9,1,9* || 5 igitur colos Sacerd. *VI 446,11* igitur colos exsanguis Probvs *Cath. IV 15,14 cf.* Sidon. Apoll., *5,340* ipsi autem color exsanguis quem crapula uexat || foedi oculi Don. *Ter. Eun. 943,* Serv. *Aen. 2,55* citus... incessus Non. *265,23* ; Schol. *Hor. Serm. 1,3,9* prorsus... inerat Non. *427,3* ; Char. *I 211,23.*

7 existimarent *XN, l s n m e, Non.* : aestimarent *KHΓ* || frequentabant *Non.* || quam quod $XKHD^2$: quod *exp. N eras. m e* om. Γ *l s n.*

XV. 1 primum : primo AC^1 pridem Γ || 2 quod *XHMn m e* : qui quod *NKTDFμ l s* || adulta PA^1BQ^1s : adultum $A^2CQ^2Y l n m e$ || 3 facinus *P* : facinoris *AΣY* (matur. facinoris *H*) *l m e s* || facinoris fuisse maturandi *n* || 4 poterat : potuit Γ m^2 || excitam : excitatam A^2Q || 5 colos *Sacerd. Prob.* : color *cett.* || ei *XKHMD n* : eius *TFμ s,* l^2 m^2 *(sup. ras.), om. Prob.* || colore exsanguis Nl^1.

XVI. Quant aux jeunes gens qu'il avait séduits, comme nous l'avons dit plus haut, il avait mille façons de leur enseigner le crime. Il en faisait de faux témoins et des faussaires qu'il prêtait à l'occasion ; il les habituait à faire fi de la parole donnée, de la fortune, du danger ; puis quand il les avait perdus de réputation et d'honneur, il leur commandait de plus grands crimes. Le moment présent ne leur offrait-il pas l'occasion de mal faire ? Il n'en persistait pas moins à faire le siège des innocents comme des coupables, afin de les étrangler ; et sans doute pour empêcher que les bras ou le cœur ne s'engourdissent dans l'inaction, il préférait exercer gratuitement sa malfaisance et sa cruauté. Confiant en de pareils amis et alliés, voyant en outre tout le pays accablé de dettes, et la plupart des vétérans de Sylla, ruinés par leurs prodigalités et se souvenant de leurs rapines et de leur victoire passée, appeler de leurs vœux la guerre civile[1], Catilina conçut le projet d'anéantir la république. En Italie, point d'armée ; Cn. Pompée guerroyait au bout du monde[2]; lui-même avait bon espoir d'être élu au consulat ; le Sénat n'avait vent de rien ; partout le calme et la sécurité : toutes circonstances favorables à Catilina.

XVII. Aussi vers les calendes de juin, sous le consulat de L. César et de C. Figulus[3], le voilà qui d'abord appelle ses affiliés un à un, exhortant les uns, sondant les autres ; il leur expose ses ressources, leur montre la République sans défense, et toutes les récompenses que leur vaudra la conjuration. Une fois assuré de ce qu'il voulait con-

---

1. C'est de ces vétérans que Cicéron dit, *Catil.*, 2, 9, 20 : *dum aedificant tamquam beati, dum praediis latis, familiis magnis, conuiuiis apparatis delectantur, in tantum aes alienum inciderunt ut, si salui esse uelint, Sulla sit iis ab inferis excitandus.*

2. Pour achever la guerre contre Mithridate.

3. En 64 avant J.-C.

XVI. [1]Sed iuuentutem quam, ut supra diximus, inlexerat, multis modis mala facinora edocebat. [2]Ex illis testis signatoresque falsos commodare ; fidem, fortunas, pericula uilia habere ; post, ubi eorum famam atque pudorem adtriuerat, maiora alia imperabat. [3]Si causa peccandi in praesens minus suppetebat, nihilo minus insontis sicuti sontis circumuenire, iugulare ; scilicet ne per otium torpescerent manus aut animus, gratuito potius malus atque crudelis erat. [4]His amicis sociisque confisus Catilina, simul quod aes alienum per omnis terras ingens erat, et quod plerique Sullani milites, largius suo usi, rapinarum et uictoriae ueteris memores, ciuile bellum exoptabant, opprimundae rei publicae consilium cepit. [5]In Italia nullus exercitus ; Cn. Pompeius in extremis terris bellum gerebat ; ipsi consulatum petenti magna spes ; senatus nihil sane intentus ; tutae tranquillaeque res omnes ; sed ea prorsus opportuna Catilinae.

XVII. [1]Igitur circiter kalendas Iunias, L. Caesare et C. Figulo consulibus, primo singulos appellare, hortari alios, alios temptare ; opes suas, inparatam rem publicam, magna praemia coniurationis docere. [2]Vbi satis explorata sunt quae uoluit, in unum omnis con-

---

Test. XVI. 3 insontis sicuti sontis PROB. *Cath. IV 28,17* ; SACERD. *VI 479,19* ne... crudelis erat AVG. *Conf. 2,5,11.*

XVII. 2 in unum conuocat PRISC. *III 305,21.*

XVI. 1 edocebat : *ex* edocuit *P ex* docebat *m* docebat *HMT* || 2 signatoresque : que *add. A*[1], *s.s.T*, *om. QNm* || signatoresque falsosque *M* || 3 manus : aut manus *MTnme* || 5 petenti *ACK* : petendi *cett.*

XVII. 2 omnis *om. Prisc.* || plurimum *N*[2]*T*[2]*D*[2]*F*[2]*m*[2] : maximum *H* primum *cett.* || audaciae : -cia *H n.*

naître, il rassemble tous ceux qui avaient les plus grands besoins et la plus grande audace. A ce rendez-vous se trouvèrent, de l'ordre sénatorial, P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Céthégus, P. et Serv. Sulla fils de Servius, L. Vargunteius, Q. Annius, M. Porcius Laeca, L. Bestia, Q. Curius ; puis de l'ordre équestre M. Fulvius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornélius ; enfin beaucoup de notables citoyens des colonies et des municipes.

Faisaient encore partie du complot, mais un peu plus secrètement, un certain nombre de nobles qu'entraînait plutôt l'espérance du pouvoir que la misère ou quelque autre besoin. Au reste, la plupart des jeunes gens, mais surtout ceux de la noblesse, étaient favorables aux projets de Catilina ; pouvant vivre sans rien faire dans le luxe ou dans la mollesse, ils préféraient pourtant l'incertain au certain, la guerre à la paix. D'aucuns aussi crurent à cette époque que M. Licinius Crassus n'avait rien ignoré du complot : comme Cn. Pompée, dont il était jaloux, commandait une grande armée, il eût voulu voir se dresser contre son pouvoir une force rivale, quelle qu'elle fût[1], convaincu du reste que, si la conspiration triomphait, il n'aurait pas de peine à devenir le chef des conjurés.

XVIII. Du reste, auparavant, quelques hommes, au nombre desquels se trouvait Catilina, avaient aussi tramé contre l'État un complot dont je vais faire un exposé aussi fidèle que possible. Sous le consulat de L. Tullus et de M'. Lépidus, les consuls désignés P. Autro-

1. La jalousie de M. Licinius Crassus contre Pompée remontait à la guerre contre Spartacus ; Crassus avait remporté sur celui-ci une victoire écrasante en 683 (71), mais ce fut Pompée qui anéantit les restes de son armée, et qui écrivit au Sénat qu'il avait extirpé les racines de la guerre. On trouvera dans la vie de Crassus par Plutarque de nombreux traits qui témoignent de la rivalité profonde entre les deux hommes.

uocat quibus maxuma necessitudo et plurumum audaciae inerat. [3]Eo conuenere senatorii ordinis P. Lentulus Sura, P. Autronius, L. Cassius Longinus, C. Cethegus, P. et Ser. Sullae Ser. filii, L. Varkunteius, Q. Annius, M. Porcius Laeca, L. Bestia, Q. Curius ; [4]praeterea ex equestri ordine M. Fuluius Nobilior, L. Statilius, P. Gabinius Capito, C. Cornelius ; ad hoc multi ex coloniis et municipiis, domi nobiles. [5]Erant praeterea complures paulo occultius consili huiusce participes nobiles, quos magis dominationis spes hortabatur quam inopia aut alia necessitudo. [6]Ceterum iuuentus pleraque, sed maxume nobilium, Catilinae inceptis fauebat ; quibus in otio uel magnifice uel molliter uiuere copia erat, incerta pro certis, bellum quam pacem malebant. [7]Fuere item ea tempestate qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum eius consili fuisse ; quia Cn. Pompeius inuisus ipsi magnum exercitum ductabat, cuiusuis opes uoluisse contra illius potentiam crescere, simul confisum, si coniuratio ualuisset, facile apud illos principem se fore.

XVIII. [1]Sed antea item coniurauere pauci contra rem publicam, in quibus Catilina ; de qua quam uerissume potero dicam. [2]L. Tullo et M.' Lepido consulibus,

---

Test. XVIII. 1 sed... dicam Diom. *I 445,22* (*om.* contra r. p.) ||

3 et Ser. : Ser. *BF* μ, *om.* et || seruius filius sillae seruii filii *H n s* || uargunteius *PA* : uarguntius *A*²*C* uuarganteus *n* uargonteius *Q* || laeca *ex codd.* Cic. *in Cat. I 4, pro Sulla 18,52* : laecca *A* lecca *PCB l n* leca *Ym s e* lega *Q* || 5 alia : aliqua *A*¹*CB*²*T*²*e*² || 6 erat : erit *P* || 7 potentiam crescere : crescere potentiam *DF*μ || simul... fore *in mg. B.*

XVIII. 1 quibus : quis *Diom., cf. Fighiera, p. 28* || uerissime *Sall. codd., confirmat Dictys 1,13* : breuissime *Diom. (ex Iug. 17,2 ?)* || 2 tullo *PA NK l s e* : tullio *cett.* || M' : m *codd.*

nius et P. Sulla, avaient été poursuivis et condamnés en vertu des lois sur la brigue. Peu après, Catilina, inculpé de concussion, s'était vu interdire la candidature au consulat, faute d'avoir pu se faire inscrire dans le délai légal. Il y avait alors un certain Cn. Pison, jeune noble d'une extrême audace, besogneux, factieux, que la misère et la perversion incitaient à jeter le désordre dans la république[1]. Après lui avoir communiqué leur projet vers les nones de décembre, Catilina et Autronius, en accord avec lui, s'apprêtaient à tuer au Capitole, le jour des calendes de janvier, les consuls L. Cotta et L. Torquatus ; eux-mêmes se saisiraient des faisceaux et enverraient Pison avec une armée pour occuper les deux Espagnes. La chose ayant été découverte, ils avaient remis aux nones de février leur projet d'assassinat. Cette fois ce n'était plus les consuls seulement dont ils machinaient la perte, mais la plupart des sénateurs ; et si Catilina n'avait pas donné trop tôt à ses complices le signal devant la curie, ce jour-là eût vu se consommer le pire des crimes connus depuis la fondation de Rome. Mais les conjurés en armes n'étaient pas encore assez nombreux au rendez-vous, et la conspiration échoua[2].

XIX. Par la suite Pison, alors questeur, fut envoyé comme propréteur dans l'Espagne citérieure, grâce à l'appui de Crassus qui le savait ennemi acharné de Pompée. Au reste le sénat avait consenti volontiers à lui

1. Ce portrait de Pison est confirmé par celui qu'en trace Asconius, dans son commentaire du *pro Cornelio*, 1, 7 : *adulescens potens et turbulentus familiaris erat Catilinae omniumque consiliorum eius particeps et auctor.*

2. Sur cette première conjuration, voir le *César* de M. J. Carcopino, p. 609 et s., qui complète et rectifie sur plus d'un point le récit de Salluste, et le chapitre IX de la *Vie de César* par Suétone. D'après celui-ci ce n'était pas Catilina, mais César qui devait donner le signal, et qui, au dernier moment, y aurait renoncé.

P. Autronius et P. Sulla, designati consules, legibus ambitus interrogati, poenas dederant. [3]Post paulo Catilina pecuniarum repetundarum reus, prohibitus erat consulatum petere, quod intra legitimos dies profiteri nequiuerat. [4]Erat eodem tempore Cn. Piso, adulescens nobilis, summae audaciae, egens, factiosus, quem ad perturbandam rem publicam inopia atque mali mores stimulabant. [5]Cum hoc Catilina et Autronius, circiter nonas Decembris consilio communicato, parabant in Capitolio kalendis Ianuariis L. Cottam et L. Torquatum consules interficere, ipsi fascibus correptis Pisonem cum exercitu ad optinendas duas Hispanias mittere. [6]Ea re cognita, rursus in nonas Februarias consilium caedis transtulerant. [7]Iam tum non consulibus modo, sed plerisque senatoribus perniciem machinabantur. [8]Quod ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare, eo die post conditam urbem Romam pessumum facinus patratum foret. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res consilium diremit.

XIX. [1]Postea Piso in citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus est, adnitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio cognouerat. [2]Neque

---

Test. 8 quod ni... dare Prisc. *III 49,6* || pro curia... dare Albin. *VII, 307,20.*

XIX. 2 et iam... erat Schol. *Hor. Carm. 2,17,18.*

3 nequiuerat MT^2 *m* : -rit *cett.* || 4 nobilis summae : nobilissimae P^1M^1 l^2 || facti**osus (di *eras.*) *P* || 5 decembres : -bras *P* || cottam : cortam A^1 cotam *K* coctam *B n m e* tortam *C* || ad : *om.* P^1, *s.s.*P^2 || 6 ea re *om.* P^1, *s.s.*P^2 || 8 Catilina *om. Prisc.* || signum : signa *Alb.* || conuenerant... quod eum *(XIX,1) in mg.* A^2.

XIX. 1 quod : eo quod *PT*μ || 2 complures : quam plures *MTn e* || Pompei : Cn. Pompei *schol. Hor., pauci dett.*

donner cette province, car il voulait éloigner de la république un homme taré ; de plus beaucoup de bons citoyens pensaient trouver en sa personne un appui contre la puissance déjà redoutable de Pompée. Mais ce Pison fut tué en cours de route dans sa province par des cavaliers espagnols qu'il avait sous ses ordres dans son armée. Au dire de certains, ces barbares n'auraient pu supporter l'injustice, la hauteur, la cruauté de son commandement ; selon d'autres c'est avec l'assentiment de Pompée, dont ils étaient les anciens et fidèles clients[1], que ces cavaliers auraient commis leur agression ; jamais jusqu'alors les Espagnols n'avaient commis pareil crime, mais ils avaient enduré sans révolte bien des gouvernements tyranniques. Nous même, nous ne nous prononcerons pas. En voilà assez sur cette première conjuration.

XX. Voyant donc réunis ceux que j'ai mentionnés plus haut, Catilina malgré les nombreux et longs entretiens qu'il avait eus avec chacun d'eux, crut néanmoins utile de leur adresser un appel et une exhortation générale. Il les emmena donc dans une partie retirée de sa maison, et là, tous témoins écartés, il leur tint à peu près ce discours :

« Si votre valeur et votre fidélité n'étaient pas pour moi chose bien connue, c'est en vain que l'occasion favorable se serait offerte ; en vain aurions-nous eu de grandes espérances, le pouvoir absolu dans nos mains ; et moi-même je n'irais pas courir les hasards et lâcher le certain, si je n'avais pour appui que des

1. Après sa victoire sur Sertorius en Espagne, remportée de concert avec Q. Métellus Pius, Pompée avait su se concilier par une politique bienveillante beaucoup de sympathies dans la province, cf. CÉSAR, *de bello ciu*, 2, 18 : *magna esse Pompei beneficia et magnas clientelas in citeriore prouincia sciebat.*

tamen senatus prouinciam inuitus dederat, quippe foedum hominem a re publica procul esse uolebat ; simul, quia boni complures praesidium in eo putabant, et iam tum potentia Cn. Pompei formidulosa erat. [3]Sed is Piso in prouincia ab equitibus Hispanis quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. [4]Sunt qui ita dicant imperia eius iniusta, superba, crudelia barbaros nequiuisse pati ; [5]alii autem equites illos, Cn. Pompei ueteres fidosque clientis, uoluntate eius Pisonem adgressos ; numquam Hispanos praeterea tale facinus fecisse, sed imperia saeua multa antea perpessos. Nos eam rem in medio relinquemus. [6]De superiore coniuratione satis dictum.

XX. [1]Catilina, ubi eos, quos paulo ante memoraui, conuenisse uidet, tametsi cum singulis multa saepe egerat, tamen in rem fore credens uniuorsos appellare et cohortari, in abditam partem aedium secedit atque ibi, omnibus arbitris procul amotis, orationem huiuscemodi habuit :

« [2]Ni uirtus fidesque uostra satis spectata mihi forent, nequiquam opportuna res cecidisset ; spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent, neque ego per igna-

---

Test. 5 numquam... fecisse Agroec. *VII 122,8.*

XX. 1 in rem fore credens Arvs. *VII 468,28* arbitris... amotis Schol. *Hor. epod. 5,50* || 2 ni... foret *(sic)* Serv. *G. 1,260.*

3 prouincia *QY (praeter NF) s m* : -ciam *X (praeter Q) NF l n e* || exercitu : -tum *ACMF* || sine exercitu *m* || 4 dicant *PACB*^{1} *N m* : dicunt *B*^{2}*QY (praeter N) l s n e* dictant *K*^{2} || 5 antea : ante *MTμ m* || relinquemus : relinquimus *P*^{1} *ut uid.*, *H l* derelinquemus *n m* || 6 superiore : -ri *TDFμ* || dictum : dictum est *cum* est *s.s.* *BQ*^{2}*NMTl* dictum est *D.*

XX. 1 memoraui : commemoraui *Mn e* || secedit : secessit *B*^{2}*K*^{2} *m*^{2} *e*^{2} || 2 expectata*P* || forent *X (praeter Q) Yl s m* : foret *VQP*^{2} *Seru.*, *aliquot dett.*

esprits lâches ou frivoles. C'est parce qu'en de nombreuses et graves circonstances j'ai reconnu votre bravoure et votre fidélité envers moi que mon esprit a osé entreprendre la plus grande et la plus noble des tâches ; c'est aussi parce que j'ai compris que biens et maux étaient communs entre vous et moi ; car la communauté des aspirations et des haines est le fondement le plus sûr de l'amitié[1].

Les projets que j'ai formés, je vous en ai déjà entretenus tous séparément. Mais chaque jour je sens mon indignation s'enflammer davantage à la pensée de l'avenir qui nous attend, si nous ne revendiquons pas nous-même notre liberté. Depuis que la république est tombée aux mains d'une puissante oligarchie qui en dispose à son gré, c'est toujours à ces gens-là que rois et tétrarques[2] payent leur tribut, que peuples et nations versent l'impôt ; quant au reste des citoyens, nous tous, les braves, les bons, les nobles ou les non-nobles, nous n'avons été qu'une tourbe, sans influence, sans autorité, asservie à des maîtres qui, si la république méritait son nom, devraient trembler devant nous. Aussi toute influence, tout pouvoir, tout honneur, toute richesse sont à eux, ou à leurs créatures ; à nous ils ont laissé les procès, les échecs, les condamnations, la misère. Jusques à quand,

1. C'est, en raccourci, la même définition que celle de Cicéron, *Laelius*, ch. 6 : *est autem amicitia nihil aliud nisi omnium diuinarum humanarumque rerum, cum beniuolentia et caritate, summa consensio* ; cf. pour l'expression, *Jugurtha*, 31,14 : *quos omnis eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coegit* ; et pour la pensée, Cicéron, *pro Plancio*, II ; Tite-Live, 36, 7.

2. Le mot, d'origine grecque, qui désignait à l'origine celui qui détenait un quart du gouvernement d'un territoire, avait fini par désigner les petits princes qui n'avaient pas droit au titre de *rex*.

uiam aut uana ingenia incerta pro certis captarem. [3]Sed quia multis et magnis tempestatibus uos cognoui fortis fidosque mihi, eo animus ausus est maxumum atque pulcherrumum facinus incipere, simul quia uobis eadem quae mihi bona malaque esse intellexi : [4]nam idem uelle atque idem nolle, ea demum firma amicitia est.

[5]Sed ego quae mente agitaui omnes iam antea diuorsi audistis. [6]Ceterum mihi in dies magis animus accenditur, cum considero quae condicio uitae futura sit, nisi nosmet ipsi uindicamus in libertatem. [7]Nam postquam res publica in paucorum potentium ius atque dicionem concessit, semper illis reges, tetrarchae uectigales esse, populi, nationes stipendia pendere ; ceteri omnes, strenui, boni, nobiles atque ignobiles, uolgus fuimus sine gratia, sine auctoritate, eis obnoxii quibus, si res publica ualeret, formidini essemus. [8]Itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitiae apud illos sunt aut ubi illi uolunt ; nobis reliquere repulsas, pericula, iudicia, egestatem.

Test. 4 nam... amicitia est DON. *in Ter. Hec. 170* ; SCHOL. *Hor. Epist. 1, 10,5 ; 18,40 ; cf.* SEN. *ad Luc. 20,5 ; 109,16* ; SID. APOLL. *Ep. 5,3,2 ;* AVG. *de amic. 2* ; MINVC. FEL. *Octau. 1,3* ; HIER. *Ep. 130,12 (cf. adu. Ruff. 3,9)* || 6 ceterum... auxiliorum (*corrupt. pro* accenditur) SACERD. *VI 446,5.*

3 esse intellexi : esse *s.s. Q om. Tn* || 4 idem : eadem *bis Hier.* || atque : et *Hier.* || idem uelle atque nolle *TEM* || ea dem infirma P^1 || 5 quae mente frequenter mente uersaui (haec glosa est *s.s.*P^2) agitaui *P* || 6 mihi in dies : in dies mihi *Fμ m* || magis : magis magisque *V* || animus magis *m* magis *s.s. T* || accenditur : auxiliorum *Sacerdos, corruptum* || considero quae *s.s. A* || ipsi VP^2 C^2Q^2 : ipsos *cett.* || uendicamus N^2HD^2 *s* || 7 potentium : -tiam MT^1Fm || strenui boni nobiles atque ignobiles : boni atque strenui nobiles et ignobiles *V cf. Aurel. Vict. Caes. 24,9* strenui nobiles atque ignobiles *B* strenui boni atque nobiles atque ignobiles *T* || 8 reliquere : relinquere PCB^1 || nobis pericula reliquere repulsas *DFμ* repulsas nobis reliquere pericula *MTe.*

mes braves, souffrirez-vous cet état de choses[1] ? Ne vaut-il pas mieux mourir courageusement que de perdre honteusement une vie misérable et sans honneur, après avoir servi de jouet à l'insolence d'autrui[2] ? Mais en vérité, j'en atteste les dieux et les hommes, la victoire est dans nos mains ; nous avons la jeunesse, nous avons le courage ; chez eux au contraire, les années et les richesses ont usé corps et âmes. Le premier pas fait, le reste ira de soi.

Quel homme digne de ce nom pourrait souffrir en effet que ces gens regorgent de richesses qu'ils gaspillent pour bâtir sur la mer ou pour aplanir des montagnes[3], tandis que nous n'avons pas d'argent même pour le nécessaire ? Qu'ils accolent pour leur usage deux palais l'un à l'autre, ou même davantage[4], tandis que nous n'avons nulle part de foyer familial ? Ils ont beau acheter tableaux, statues, vases ciselés[5], démolir des maisons neuves pour en construire d'autres, bref gaspiller et dilapider leur argent de toutes les façons, ils ne peuvent pourtant, malgré toutes leurs folies, venir à bout de leurs richesses. Mais pour nous, à la maison, c'est la gêne, au dehors, les dettes ; un présent lamentable, un avenir plus triste encore ; enfin que nous reste-t-il sinon un misérable souffle de vie ? Eh bien alors, réveillez-vous ! La voici, oui la voici, cette liberté que vous avez tant souhaitée ; et avec elle, richesses, honneur, gloire sont devant vos yeux. Telle est la récompense que la Fortune

1. *Quousque tandem* : réminiscence ou parodie du fameux début de la première Catilinaire ?
2. Sans doute ici souvenir de THUCYDIDE, 2, 43, 6,
3. Rappel du chapitre 13, 1.
4. Pour cet emploi de *continuare*, Burnouf rapproche justement TITE-LIVE, 34, 3 : *ingens cupido agros continuandi*.
5. *Toreumata*, mot grec, comme l'objet lui-même. CICÉRON l'emploie dans le *De signis*, ch. 18, en parlant des coupes de Diodore que convoite Verrès : *Verri dicitur habere eum perbona toreumata, in his pocula duo quaedam*, e. q.s.

[9]Quae quousque tandem patiemini, o fortissumi uiri ? Nonne emori per uirtutem praestat quam uitam miseram atque inhonestam, ubi alienae superbiae ludibrio fueris, per dedecus amittere ? [10]Verum enim uero, pro deum atque hominum fidem, uictoria in manu nobis est. Viget aetas, animus ualet; contra illis annis atque diuitiis omnia consenuerunt. Tantum modo incepto opus est ; cetera res expediet. [11]Etenim quis mortalium, cui uirile ingenium est, tolerare potest illis diuitias superare quas profundant in exstruendo mari et montibus coaequandis, nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse ? illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse ? [12]Cum tabulas, signa, toreumata emunt, noua diruunt, alia aedificant, postremo omnibus modis pecuniam trahunt, uexant, tamen summa lubidine diuitias suas uincere nequeunt. [13]At nobis est domi inopia, foris aes alienum, mala res, spes multo asperior ; denique, quid relicui habemus, praeter miseram animam ?

[14]Quin igitur expergiscimini ? En illa, illa quam saepe optastis, libertas; praeterea diuitiae, decus, gloria in oculis sita sunt; fortuna omnia ea uictoribus praemia

---

Test. **10** pro... fidem Prisc. *III 49,24* pro... nobis in manu est id. *III 364,6* || **11** qui diuitias suas (*pro* diuitias... quas)... coaequandis Schol. *Hor. carm. 2,18,20.*

9 o : *s.s. P, add. A, om. NMe* || fueris : fueritis *Q*^{2}*H*^{2}*F*^{2}*nm* fuerimus *M* || **10** hominum : -nem *V* || nobis in manu *Prisc.* || nobis : uobis *VP*^{2}*A*^{2}*C*^{2} *Bn* || **11** diuitias... quas : qui diuitias suas *Schol. Hor.* || profundant : -dunt *TE*^{1} perfundant *B* || *uerba ab* etiam *usque ad* familiarem *om. P*^{1} *add. P*^{2} *in mg. super.* || **13** habemus : habeamus *P*^{1} || **14** en : *om. V add. P*^{2} *s.s. A*^{2} || illa illa *VACB*^{2}*NK*^{1}*s n* : illa *PB*^{1}*K*^{2}*HΓl m* || optatis liberas *P*^{1}.

propose aux vainqueurs. Plus que mon discours, la situation, le moment, le danger, la misère, la magnificence du butin vous exhortent à l'action. Servez-vous de moi comme général ou comme soldat ; mon cœur et mon bras sont à vous. Voilà le dessein qu'une fois consul j'espère réaliser avec vous, à moins que je ne m'abuse, et que vous ne préfériez la servitude à la prise du pouvoir[1]. »

XXI. Accablés de maux comme ils l'étaient, sans avoir comme sans espoir, les conjurés trouvaient déjà dans le seul fait de troubler l'ordre un salaire suffisant ; néanmoins après le discours de Catilina, la plupart lui demandèrent de leur exposer quelle serait la conduite de la guerre, quelles récompenses elle leur apporterait, sur quelles ressources présentes ou futures ils pouvaient compter partout.

Catilina de leur promettre alors la révision des dettes[2], la proscription des riches, les magistratures, les sacerdoces, le pillage, et tous les autres bénéfices que comportent la guerre et le bon plaisir des vainqueurs. En outre, il y avait, en Espagne citérieure, Pison ; en Maurétanie, avec une armée, P. Sittius de Nucérie, tous les deux affiliés au complot ; au consulat se présentait C. Antonius, qu'il espérait bien avoir pour collègue ; outre que c'était son intime ami, Antonius était aux prises avec des difficultés de toute sorte ; c'est avec son concours qu'une fois consul Catilina passerait à l'action. A ces promesses il ajoutait des injures et des invectives contre tous les bons citoyens, des mots élo-

1. Quintilien, *I. O*, 3, 8, 45, dit justement de ce discours : *sic Catilina apud Sallustium loquitur ut rem sceleratissimam non malitia sed indignatione uideatur audere.*

2. *Tabulas nouas*, ce qui fournit à Cicéron, *Catil.*, 2, 8, 18, l'occasion d'un jeu de mots : *an tabulas nouas ? Errant qui istas a Catilina expectant ; meo beneficio tabulae nouae proferentur, uerum auctionariae.*

posuit. [15]Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magnifica magis quam oratio mea uos hortantur. [16]Vel imperatore uel milite me utimini ; neque animus neque corpus a uobis aberit. [17]Haec ipsa, ut spero, uobiscum una consul agam, nisi forte me animus fallit et uos seruire magis quam imperare parati estis. »

XXI. [1]Postquam accepere ea homines, quibus mala abunde omnia erant, sed neque res neque spes bona ulla, tametsi illis quieta mouere magna merces uidebatur, tamen postulauere plerique ut proponeret quae condicio belli foret, quae praemia armis peterent, quid ubique opis aut spei haberent. [2]Tum Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptionem locupletium, magistratus, sacerdotia, rapinas, alia omnia quae bellum atque lubido uictorum fert. [3]Praeterea esse in Hispania citeriore Pisonem, in Mauretania cum exercitu P. Sittium Nucerinum, consili sui participes ; petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore speraret, hominem et familiarem et omnibus necessitudinibus circumuentum ; cum eo se consulem initium agendi facturum. [4]Ad hoc maledictis increpabat omnis bonos ; suorum unumquemque

---

Test. XXI. 4 unum... laudare PRISC. *III 304,16* admonebat... suae ARVS. *VII 495,20.*

15 hortantur *VP²* (a *in mg.*) : hortentur *P¹ cett.* || 16 utimini *XNHMμlsne* : utemini *VP²KTDFm* || 17 nisi : ni *NMTnme.*

XXI. 1 quibus : in quibus *Tm* || bona ulla *s.s.P* || postulauere : *ex* postulare *AQme* postulare *n* || praemia armis : armi spraemia *MTnme* || 2 tum : tunc *Pn* || locupletium : -tum *Qln* || alia : aliena *A²C* || libido uictorum : uictorum libido *ACQ* libido *s.s.H* || 3 pisonem : pos**one *P* || sittium *PBKMnme* : sitium (*ex* satium) *AC NHTDFμls* scitium *Q* || petere : praeterea petere *K²T¹nme* adhaec petere *T corr.* et petere *μ* || et familiaren : et *eras. T om. M* || se : *om. P. s.s. B exp. D* || consulem : m *eras. NKDme* consule *DFμl* || 4 increpabat : -pat *KMnm* || praedae fuerat : praeda fuit *P¹*, *corr. P².*

gieux pour chacun des conjurés nommément ; il rappelait à l'un son indigence, à l'autre son amour du gain, à certains les poursuites et la flétrissure qui les menaçaient, à maint autre la victoire de Sulla, et le butin qu'elle leur avait rapporté. Quand il les vit pleins d'ardeur, il leur recommanda encore de veiller sur sa candidature, et congédia l'assemblée.

XXII. Lors de ces événements, certains ont prétendu qu'après son discours Catilina, au moment où il faisait prêter le serment à ses complices, aurait fait circuler des coupes pleines de sang humain mélangé à du vin ; tous y ayant goûté, après avoir prononcé la formule d'exécration, comme il est d'usage dans les sacrifices solennels, il leur aurait découvert son dessein[1]. Il aurait voulu ainsi rendre plus étroite leur fidélité mutuelle, par la complicité d'un tel forfait. Quelques personnes voyaient là et ailleurs encore une invention de ceux qui croyaient diminuer la haine dont Cicéron fut plus tard l'objet[2] par l'atrocité même du crime de ceux qu'il avait fait punir. Il ne nous semble pas que la chose, étant donné sa gravité, ait été suffisamment démontrée.

XXIII. Parmi les conjurés figurait Q. Curius, personnage d'assez illustre origine, mais tout couvert de hontes

1. Il est curieux de voir mentionnée ici la survivance d'un très vieux rite d'alliance, pratiqué notamment chez les Sémites et chez un grand nombre de peuples primitifs. « Celui qui a bu le sang d'un membre du clan n'est plus pour les gens de ce clan un étranger, mais un frère, et il est enfermé dans le cercle mystique de ceux qui participent au sang vivifiant commun à tout le clan. » (Robertson, *Religion of the Semites*, p. 315). Cf. Hérodote, III, 8.

2. L'emploi du mot *inuidia* (cf. ch. 6, 3 et 49,4) est ici conforme à la définition qu'en donne Cicéron lui-même, *Tusc.*, 4, 7, 16 : *inuidia non in eo, qui inuidet, solum dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur.* On sait que les inimitiés soulevées par la fermeté du consul ne tardèrent pas à se manifester, et que le tribun de la plèbe Q. Metellus Nepos lui interdit, lors de sa sortie de charge, de faire l'apologie de sa conduite ; cf. J. Carcopino, *César*, p. 654.

nominans laudare ; admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suae, complures periculi aut ignominiae, multos uictoriae Sullanae, quibus ea praedae fuerat. [5]Postquam omnium animos alacris uidet, cohortatus ut petitionem suam curae haberent, conuentum dimisit.

XXII. [1]Fuere ea tempestate qui dicerent Catilinam, oratione habita, cum ad iusiurandum popularis sceleris sui adi*g*eret, humani corporis sanguinem uino permixtum in pateris circumtulisse ; [2]inde cum post exsecrationem omnes degustauissent, sicuti in sollemnibus sacris fieri consueuit, aperuisse consilium suum, atque eo †dictitare † fecisse quo inter se fidi magis forent, alius alii tanti facinoris conscii. [3]Nonnulli ficta et haec et multa praeterea existumabant ab eis qui Ciceronis inuidiam, quae postea orta est, leniri credebant atrocitate sceleris eorum qui poenas dederant. [4]Nobis ea res pro magnitudine parum comperta est.

XXIII. [1]Sed in ea coniuratione fuit Q. Curius, natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus,

---

Test. XXII. *Cf.* FLORVS *epit. 2,12,4* ; SCHOL. *Stat. Theb. 5,159* || cum... adigeret EVGRAPH. *Ter. Phor. 35* popularis sceleris sui DON. *Ter. Phor. 35.*

XXIII. 1 sed in ea... coopertus NON. *310,5* natus... loco NON. *341,16* obprobrii gratia AGROEC. *VII 179,16.*

XXII. 1 adigeret *Eugraph.* : adiceret *codd.* || sui sceleris *Eugraph.* || 2 sicuti : sicut *NMF* || sollemnibus : -nitati *s.s. A* sollemtatibus *(cum -ni- s.s.) C* || atque eo [ideo D^1 *s.s.* $A^2C^2Q^2$] dictitare [-bat *s.s.* $A^2C^2Q^2$ dictum est N^2 dicto re *Mm* dictas res *D*] *codd., corrupt. uidetur, seruant tamen Gerlach, Lallier* : atque eo ita *Dietsch* atque eo *Selling* idque eo *Jacobs-Wirz* idque eo dicitur *Bergk* atque eo dixisse eam rem « *aut similiter* » *Madvig* ; « dictitare *ex glossa* dict *et* ita *exortum uidetur* » *Ahlberg.*

XXIII. 1 atque : *om. Dμs, s.s.F, in mg. H* || coopertus : copertus *testatur* . *Gell. 2,17,7 ; 4,17,6* (faenoribus copertus est *Hist. frg. IV 52 Maurenbrecher*)

et de crimes, et que les censeurs avaient rayé du sénat pour infamie. La légèreté de cet homme n'était pas moindre que son audace : il ne savait ni taire ce qu'il avait entendu, ni tenir secrets ses propres crimes ; bref il ne pesait ni ses paroles ni ses actions. Il avait une vieille liaison avec une dame de la noblesse, Fulvie[1] ; comme il était moins bien en cour auprès d'elle, parce que le manque d'argent l'avait contraint de se montrer moins généreux, brusquement, faisant le glorieux, il se mit à lui promettre monts et merveilles, tout en la menaçant parfois du poignard si elle lui résistait ; bref il le prenait plus haut que de coutume. Fulvie, une fois connue la cause de cette arrogance, se garda bien de tenir secret le danger qui menaçait la république, mais, sans nommer sa source, elle raconta à plusieurs personnes ce qu'elle savait de la conjuration de Catilina, dans les termes mêmes où elle l'avait appris. Ce fut la cause principale du mouvement d'opinion qui poussa Cicéron au consulat. Jusque-là en effet, la noblesse, en général, était dévorée de jalousie, et aurait considéré le consulat comme pollué par l'élection d'un homme nouveau, si distingué qu'il fût[2]. Mais en présence du danger, la jalousie et l'orgueil passèrent au second rang.

XXIV. Les élections portèrent donc au consulat M. Tullius et C. Antonius, choix qui avait d'abord abattu les conspirateurs. Pourtant l'ardeur furieuse de Catilina n'en était pas amoindrie ; chaque jour il formait de nouveaux plans, il établissait par toute l'Italie des dépôts

---

1. Peut-être apparentée avec M. Fulvius Nobilior nommé ch. 17, 3, et le sénateur Fulvius, mentionné ch. 39, 5. Une Fulvie, qui fut l'ennemie acharnée de Cicéron, fut la femme de Clodius, de Curion, et de M. Antoine.

2. Les principaux adversaires de Cicéron furent, au témoignage d'Asconius (Comment. du discours *in toga candida*, p. 83) Crassus et César « *quod eius in dies ciuilem crescere dignitatem animaduertebant.* »

quem censores senatu probri gratia mouerant. [2]Huic homini non minor uanitas inerat quam audacia ; neque reticere quae audierat, neque suamet ipse scelera occultare, prorsus neque dicere neque facere quicquam pensi habebat. [3]Erat ei cum Fuluia, muliere nobili, stupri uetus consuetudo ; cui cum minus gratus esset quia inopia minus largiri poterat, repente glorians, maria montisque polliceri coepit, et minari interdum ferro, ni sibi obnoxia foret ; postremo ferocius agitare quam solitus erat. [4]At Fuluia, insolentiae Curi causa cognita, tale periculum rei publicae haud occultum habuit, sed sublato auctore de Catilinae coniuratione quae quoque modo audierat compluribus narrauit. [5]Ea res in primis studia hominum accendit ad consulatum mandandum M. Tullio Ciceroni. [6]Namque antea pleraque nobilitas inuidia aestuabat, et quasi pollui consulatum credebant, si eum quamuis egregius homo nouos adeptus foret. Sed ubi periculum aduenit, inuidia atque superbia post fuere.

XXIV. [1]Igitur comitiis habitis, consules declarantur M. Tullius et C. Antonius ; quod factum primo populares coniurationis concusserat. [2]Neque tamen Catilinae furor minuebatur, sed in dies plura agitare, arma per

---

Test. 3 maria... coepit Don. *in Ter. Pho. 68* ; Evgraph. *in Ter. Pho. 68* mirari... foret Gell. *6(7)17,7* || 5 ad... Ciceroni Serv. *Aen. 8,506.*

probri : probi *P* || mouerant $A^1C^1T^1m^1$: amouerant (ama- *P*) *cett.*

2 suamet : sua et $A^2B^2N^2CQnm$ || 3 coepit et : coepit ac A^1 coepit *m* || interdum : etiam *Gell.* || ni sibi PC^2BQK : nisi AC^1 *NHMTDnmle* ni *Fμ* nisi sibi *s* || 4 insolentiae *N corr.* : -tia *cett.* || quae quoque modo A^1*NKMsm e* : quae et quomodo A^2*B n* quae et quoque modo *C* quae *deinde rasura H* quae quomodo *cett.* || 6 inuidia aestuabat B^2*Ylsme* : inuidiam (-dia *P*) aestimabat *X n.*

XXIV. 1 populares : *ex* plures *Tm* plures *s.s. D* plures *M* || 2 sua : suam *Y (praeter HF) m.*

d'armes dans des endroits propices, il transportait à Fésules, chez un certain Manlius[1] qui plus tard fut le premier à se déclarer pour la guerre, de l'argent emprunté par lui-même ou par ses amis. C'est à ce moment, dit-on, qu'il rallia à sa cause nombre d'hommes de toute espèce, et même quelques femmes qui avaient d'abord demandé à la galanterie les moyens de subvenir à leurs prodigalités, puis, quand l'âge eut réduit leurs gains mais non leurs besoins, avaient contracté d'énormes dettes. Par elles Catilina croyait pouvoir soulever les esclaves urbains, incendier les villes, s'adjoindre leurs maris ou les assassiner.

XXV. De leur nombre était Sempronia, qui avait déjà commis plus d'un méfait d'une audace toute virile. Par sa naissance et sa beauté, par son mari, par ses enfants cette femme n'avait eu qu'à se louer de la fortune[2] ; instruite également aux lettres grecques et latines, elle jouait de la cithare[3] et dansait avec plus d'art qu'il ne convient à une honnête femme, sans compter bien d'autres talents, auxiliaires de la débauche. Rien n'avait pour elle moins de prix que l'honneur et la pudeur ; de sa fortune ou de sa réputation, on n'aurait pu dire

---

1. Manlius, ou Mallius, avait été un des meilleurs lieutenants de Sulla, qui, pour récompenser ses services en fit un propriétaire dans la région de Fésules (Fiésole). Mais il s'était vite ruiné dans des prodigalités de toute sorte ; cf. entre autres DION CASSIUS, 37, 30.

2. Femme de D. Junius Brutus qui fut consul en 77, elle fut la mère de Decimus Junius Brutus Albinus, l'un des assassins de César, et le plus odieux.

3. Le verbe *psallo* est d'origine grecque, comme la chose elle-même. La musique et la danse profanes avaient été introduites de bonne heure à Rome, et du temps des Gracques il s'y était installé des écoles où l'on enseignait ces arts. Mais les Romains de vieille souche les avaient toujours considérés comme indignes de la *grauitas romana*. Cicéron s'évertue à défendre Muréna du reproche qu'on lui faisait d'aimer la danse. — Au lieu de *saltare*, certains lisent *cantare*, leçon qui doit provenir de CICÉRON, *Catilin.*, 2, 10 : *qui non solum amare et amari, neque cantare et psallere... didicerunt.*

Italiam locis opportunis parare, pecuniam sua aut amicorum fide sumptam mutuam Faesulas ad Manlium quemdam portare, qui postea princeps fuit belli faciundi. [3]Ea tempestate plurimos cuiusque generis homines adsciuisse sibi dicitur, mulieres etiam aliquot, quae primo ingentis sumptus stupro corporis tolerauerant, post, ubi aetas tantummodo quaestui neque luxuriae modum fecerat, aes alienum grande conflauerant. [4]Per eas se Catilina credebat posse seruitia urbana sollicitare, urbem incendere, uiros earum uel adiungere sibi uel interficere.

XXV. [1]Sed in eis erat Sempronia, quae multa saepe uirilis audaciae facinora commiserat. [2]Haec mulier genere atque forma, praeterea uiro liberis satis fortunata fuit ; litteris Graecis et Latinis docta, psallere, saltare elegantius quam necesse est probae, multa alia, quae instrumenta luxuriae sunt. [3]Sed ei cariora semper omnia quam decus atque pudicitia fuit ; pecuniae an famae minus parceret haud facile discerneres ; lubido

---

Test. XXIV. 3 quae... tolerauerat Arvs. *VII 513,1.*

XXV. 1 sed... decus (§ 3) Fronto *110 N (166 Hauler)* || 2 haec... fuit Prisc. *III 286,5* praeterea... fortunata Evgraph. *Ter. Andr. 97* uiro... fuit Arvs. *VII 473,28* || 2 litteris... docta Arvs. *VII 464,18* psallere... probae Macr. *Sat. 3,14,5* ; Evtych. *V 477,29* saltare... probae Serv. *Aen. 4,62 ; G. 1,350* || 3 libido... peteretur Tib. Clavd. Donat. *in Aen. 6,525.*

3 primo ; -mum *Arus.* || tolerauerant : -rat *Arus.*

XXV. 1 in is : in his *Fronto* in eis. *codd.* || 2 uiro liberis A^1m *Fronto Arus. Eugr.* : uiro atque liberis *cett. codd., Prisc.* || graecis et latinis *XNMT l n m e Fronto m. 2, Arus.* : graecis atque latinis *cett.* graecis latinis *Fronto m. 1* || psallere saltare *Fronto Macr.* : psallere et *codd., Eutych.* || saltare : *Ys n m, Fronto Macr., Seru. Eutych.* : *ex* cantare *PB* cantare *ACQ* || necesse est *codd., Seru.* : necesse *Fronto*, n. erat *Eutych.* || instrumenta : -to *P* || 3 fuit : fuere K^1H^1e fuere *s.s. D m* || libido P^1Q^2YEl *s m e Donat.* : libidine $P^2mg.$, Q^1, *n* ; $K^2H^2T^2D^2F^2l^2n$ || accensa sic *Donat.*

15 existimo : *ex* extimo *D* x *exp.* A^2 aestimo *B m* || minores cruciatūs omnes *MT n m e* || seuerior *VA CNT*, *s.s. e (sec. manu)* : saeuior (se-) *cett.* || 16 silanum *PA l* : sillanum *uel* syllanum *cett.*, *cf. 50,4* || certo *VX (praeter B) N n m e*: certe *BY (praeter N) l s* || modestiam *ex* mestitiam *P* || 17 eius : *om. KH*, *s.s. m* || enim : mihi D^1. *om. m* || 18 silane : silenae *P* || 19 superuacaneum : -uacuaneum VP^1AK || in armis sint *V* || 20 possum equidem *XH l s e* : possumus equidem *NKM n m* equidem possumus *T* equidem possum *DFμ* || ultra neque : ultra *in ras. al. manu* K^2, *supra* curae *scr. H* ultraque *n.*

Or, par les dieux immortels, pourquoi n'as-tu pas ajouté à ta proposition que les condamnés seraient d'abord battus de verges ? Serait-ce parce que la loi Porcia le défend[1] ? Mais il y a aussi d'autres lois, qui interdisent d'ôter la vie à des citoyens condamnés, et n'autorisent que la peine de l'exil. Serait-ce parce que c'est une peine plus grave d'être battu de verges que d'être mis à mort ? Mais que peut-il y avoir de trop rigoureux et de trop grave pour des hommes convaincus d'un tel crime ? Si c'est, au contraire, parce que cette peine est trop douce, est-il logique de craindre la loi à propos d'un menu détail, quand on la viole sur un point essentiel ?

Mais, dira-t-on, qui blâmera ce qu'on aura décrété contre les assassins de la République ? Les circonstances, le temps[2], la fortune dont le caprice mène les peuples à son gré. Pour ces gens-là, tout ce qui leur arrivera sera bien fait. Mais vous, P. C., considérez les conséquences que votre arrêt peut avoir pour d'autres. Les abus ont toujours eu leur source dans de bons précédents ; mais lorsque le pouvoir passe en des mains ignorantes ou malhonnêtes, cette mesure extraordinaire, destinée d'abord à des coupables qui la méritaient, s'applique ensuite à des innocents qui ne la méritaient point. Après la défaite des Athéniens, les Lacédémoniens leur impo-

---

1. Cette loi, mentionnée par Tite-Live, 1,10, 4, punissait celui qui aurait frappé ou mis à mort un citoyen romain : *Porcia lex sola pro tergo ciuium lata uidetur, quod graui poena, si quis uerberasset necasselue ciuem Romanum, sanxit.* Cicéron dans le *De Republ.*, 2, 31, 53, signale de même une loi Valéria qui interdisait de mettre à mort un citoyen qui ferait appel au peuple de sa condamnation.

2. *Tempus, dies.* Peut-être ne faut-il pas analyser les deux éléments de l'expression, et considérer l'ensemble comme signifiant le temps dans son écoulement, et la succession des jours ; cf. Tite-Live, 2, 45, 2 : *diem tempusque forsitan ipsum leniturum*, et 22, 39, 12 : *meliores, prudentiores, constantiores nos tempus diesque facit.*

esse. [21]Sed, per deos immortalis, quam ob rem in sententiam non addidisti uti prius uerberibus in eos animaduorteretur ? [22]An quia lex Porcia uetat ? At aliae leges item condemnatis ciuibus non animam eripi, sed exilium permitti iubent. [23]An quia grauius est uerberari quam necari ? Quid autem acerbum aut nimis graue est in homines tanti facinoris conuictos ? [24]Sin quia leuius est, qui conuenit in minore negotio legem timere, cum eam in maiore neglegeris ?

[25]At enim quis reprehendet quod in parricidas rei publicae decretum erit ? Tempus, dies, fortuna, cuius lubido gentibus moderatur. Illis merito accidet quicquid euenerit; [26]ceterum uos, patres conscripti, quid in alios statuatis considerate. [27]Omnia mala exempla ex rebus bonis orta sunt. Sed ubi imperium ad ignaros [eius] aut minus bonos peruenit, nouom illud exemplum ab dignis et idoneis ad indignos et non idoneos transfertur. [28]Lacedaemonii deuictis Atheniensibus triginta uiros impo-

---

Test. 21 ut... animaduerteretur ARVS. *VII, 456,1.* || 25 fortuna... moderatur PRISC. *III 273,15* cuius... moderatur ARVS. *VII 494,3.*

21 sententiam : -tia *Ve* || uti : ut *Arus.* || uerberibus in eos : in eos uerberibus *V* || aduerteretur P^1 anim̃ *in mg. add.* P^2 || 22 at *PAYls m* : at *ex* aut *Fμ* aut A^2CBQ ac *e* || condemnatis : de *s.s.* *Q* de condemnatis *Vl* || animam : uitam *KHDFμ* || 23 aut nimis : nimis *om.* *m* aut nin (*in ras. ex* aut min.) *M* an minus *e* (*ex corr.*) || 24 sin autem *l* || quod iudicasti *post* est *add.* *M s*, *add. et del.* *T* || qui : *ex* quid *P* uel quid *s.s.* *AQD* quid *B l n* || minore : -ri *Q* || maiore : -ri T^2D *e* || neglegeris *P* : neglexeris *cett.* || 25 erit : *ex* erat *P* erat *KT n m* est *M* || 26 accidet : -dit *Γm e* || 27 rebus bonis *VXHDFμ*, *l* (bonis rebus) *s n* : domesticis *s.s.* *AD* rebus domesticis *NKM m e* domesticis rebus *T* || ignaros P^2l^2s : ignaros eius $VP^1ANKl^1s^2me$ ignaros ciues $A^2CBQ\Gamma n$ || aut : uel *H* et *MTDFμ*.

sèrent trente magistrats pour gouverner leur république[1] Ceux-ci commencèrent par faire mettre à mort sans jugement les pires criminels, objets de la haine générale. Et le peuple de s'en réjouir, et de dire que c'était bien fait. Puis peu à peu s'accrut leur liberté d'action ; et de tuer indistinctement bons et méchants selon leur caprice, et de terroriser les autres. Ainsi opprimée et réduite en esclavage, la cité expia lourdement sa sotte joie. De nos jours, lorsque Sulla vainqueur fit égorger Damasippe[2] et toute la racaille qui avait élevé sa fortune sur les malheurs de la république, y avait-il quelqu'un pour ne pas louer cette mesure ? Ces criminels, ces factieux dont les manœuvres séditieuses n'avaient cessé de troubler l'État, avaient bien mérité la mort, disait-on. Ce fut là pourtant le point de départ d'un grand massacre. Quiconque avait envie d'une maison de ville ou de campagne, ou simplement d'un meuble ou d'un vêtement, travaillait à en faire inscrire le possesseur sur la liste des proscrits. Ainsi ceux qui s'étaient d'abord réjouis de la mort de Damasippe étaient bientôt après traînés eux-mêmes au supplice, et l'égorgement ne prit fin qu'à l'heure où Sulla eut comblé de richesses toutes ses créatures. Ce n'est pas que je craigne pareille chose avec un M. Tullius, et à l'époque où nous sommes ; mais dans un vaste État comme le nôtre, les esprits sont nombreux et divers. Il se peut qu'en un autre temps, sous un autre consul, ayant lui aussi une armée dans sa main, on tienne pour vraie quelque fausse nouvelle. Si alors, s'appuyant sur notre précédent, un consul armé d'un décret du Sénat, tire l'épée du fourreau, qui pourra l'arrêter, qui saura le modérer ?

1. Sur la tyrannie que les Trente imposèrent aux Athéniens après la défaite d'Aegos Potamos, v. XÉNOPHON, *Hellen.*, II, 3, 12.
2. Préteur urbain en 82, partisan de Marius, qui se signala par ses cruautés envers les amis de Sulla.

suere qui rem publicam eorum tractarent. [29]Ei primo coepere pessumum quemque et omnibus inuisum indemnatum necare : ea populus laetari et merito dicere fieri. [30]Post, ubi paulatim licentia creuit, iuxta bonos et malos lubidinose interficere, ceteros metu terrere. [31]Ita ciuitas, seruitute oppressa, stultae laetitiae grauis poenas dedit. [32]Nostra memoria, uictor Sulla cum Damasippum et alios eius modi, qui malo rei publicae creuerant, iugulari iussit, quis non factum eius laudabat ? Homines scelestos et factiosos, qui seditionibus rem publicam exagitauerant, merito necatos aiebant. [33]Sed ea res magnae initium cladis fuit. Nam uti quisque domum aut uillam, postremo uas aut uestimentum alicuius concupiuerat, dabat operam ut is in proscriptorum numero esset. [34]Ita illi quibus Damasippi mors laetitiae fuerat paulo post ipsi trahebantur, neque prius finis iugulandi fuit quam Sulla omnis suos diuitiis expleuit. [35]Atque ego haec non in M. Tullio neque his temporibus uereor ; sed in magna ciuitate multa et uaria ingenia sunt. [36]Potest alio tempore, alio consule, cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro uero credi. Vbi hoc exemplo per senatus decretum consul gladium eduxerit, quis illi finem statuet aut quis moderabitur ?

Test. 29 ea...fieri Arvs. *VII 490,6* Prisc. *III 307,6 ; 358,24* || 33 uas... concupiuerat Prob. *IV 125,29.*

29 primo : primum *HD* || populus romanus *Arus.* || 32 eiusmodi : huiusmodi *BHDF* huiuscemodi μ || initium magnae cladis *V* || 33 donium : aut domum *MT n m e* || uas : *s.s. F om. D* μ aut uas *M n m e* || ut is *VCBK* (is *s.s.* $P^2A^2Q^2$: ut $P^1A^1Q^1$ uti is *HΓ l s n*, N^2 uti N^1 *m e* || 34 fuerat : fuit *V* || omnes suas diuitias *P* || 35 atque haec ego *V* || 36 manu : *ex* manus *PQM* manus *ACB* || senatus : -ti *C* || gladiuni consul *MT n m e.*

Nos ancêtres, P. C., n'ont jamais manqué ni de sagesse ni d'audace, et aucun orgueil ne les empêchait d'adopter les institutions étrangères, pourvu qu'elles fussent bonnes. Aux Samnites ils empruntèrent la plupart de leurs armes offensives et défensives, aux Étrusques la plupart des insignes de leurs magistratures. En un mot tout ce qui leur semblait bien fait chez leurs alliés comme chez leurs ennemis, ils s'empressaient de le réaliser chez eux, aimant mieux imiter les bons exemples que d'en être jaloux[1]. Or, à la même époque, adoptant un usage de la Grèce, ils faisaient battre de verges les citoyens, et subir le dernier supplice aux condamnés. Quand la République se fut agrandie, et que la multitude de citoyens eut développé les luttes entre les partis, quand on vit traquer des innocents, et des abus semblables se répandre ; alors on vota la loi Porcia, et d'autres encore qui n'infligeaient aux condamnés que la peine de l'exil. C'est là selon moi, pères conscrits, une des raisons les plus graves qui doivent nous interdire toute innovation. Car assurément ceux-là qui avec de faibles forces ont créé un aussi vaste empire avaient plus de valeur et de sagesse que nous, qui avons peine à garder intacts ces biens acquis par leur mérite.

Faut-il donc relâcher les accusés pour qu'ils aillent grossir l'armée de Catilina ? Pas du tout. Mon avis est de confisquer leurs biens, de mettre leurs personnes aux fers dans les municipes les plus forts et les mieux pourvus ; que jamais à l'avenir leur cas ne puisse être ni

1. Polybe, *Hist.*, 6, 25, 11, avait déjà noté l'empressement que les Romains avaient mis à introduire chez eux ce qui leur semblait louable chez les autres peuples ; et Montesquieu a développé à son tour ce thème dans ses *Considérations sur la grandeur et la décadence des Romains*, ch. II. Pour les emprunts aux Étrusques, v. Tite-Live, 1, 9,3.

[37]Maiores nostri, patres conscripti, neque consili neque audaciae umquam eguere ; neque illis superbia obstabat quo minus aliena instituta, si modo proba erant, imitarentur. [38]Arma atque tela militaria ab Samnitibus, insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt ; postremo, quod ubique apud socios aut hostis idoneum uidebatur, cum summo studio domi exsequebantur : imitari quam inuidere bonis malebant. [39]Sed eodem illo tempore, Graeciae morem imitati, uerberibus animaduortebant in ciuis, de condemnatis summum supplicium sumebant. [40]Postquam res publica adoleuit et multitudine ciuium factiones ualuere, circumueniri innocentes, alia huiuscemodi fieri coepere. Tum lex Porcia aliaeque leges paratae sunt, quibus legibus exilium damnatis permissum est. [41]Hanc ego causam, patres conscripti, quo minus nouom consilium capiamus in primis magnam puto. [42]Profecto uirtus atque sapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quam in nobis, qui ea bene parta uix retinemus.

[43]Placet igitur eos dimitti et augeri exercitum Catilinae ? Minime. Sed ita censeo : publicandas eorum pecunias, ipsos in uinculis habendos per municipia quae maxume opibus ualent, neu quis de eis postea ad sena-

---

Test. **40** *cf. Ep. ad Caesar. 2,3,3* illi factiosi regunt... innocentes circumueniunt.

37 audaciae : uel a *s.s. D* audacia *N m* || umquam audaciae *MT* || **38** tela : *ex* talia *P om. KM* || militaria *om. D* || samnitibus : sannitibus *QKH* sanitibus *D* || ab tuscis : a tuscis *HKDF μ l* || **39** de : *eras. in P* || condemnatis summum : condemnatissimo *Q Γ (praeter T)* || **40** circumueniri *V* : -re *cett.* || alia : aliaq. *N* aliaque *T s m e* || huiuscemodi : huiusmodi *HMF* || tum : tunc *QMT n e* || **41** hanc ego (ergo *KM*) *PACQNKMT n m e* : ego hanc *VBHD F μ l s* || **42** illis *VPQ l* : in illis *ACBY s n m e* || **43** augeri : -re *Q M* || neu *XY (praeter KD) recent. (praeter l)* : ne *P²Q¹ s.s., VKD* ||

débattu devant le Sénat, ni discuté devant le peuple ; que quiconque contreviendra à cette défense soit déclaré par le Sénat ennemi de l'État et du salut public. »

LII. Quand César eut terminé, les autres sénateurs se contentaient d'exprimer par un mot leur adhésion à l'une ou l'autre des opinions précédemment émises. Mais quand ce fut au tour de M. Porcius Caton de donner son avis, il prononça à peu près le discours que voici :

« Tout autre est mon sentiment, P. C., lorsque j'envisage la situation et les dangers dont elle nous menace, et lorsque je repasse en moi-même quelques-uns des avis précédemment exprimés[1]. Mes collègues me semblent avoir discuté sur le châtiment dû à ceux qui ont fomenté la guerre contre leur patrie, leurs parents, leurs autels et leurs foyers ; la situation nous avertit de nous défendre contre eux, plutôt que de délibérer sur leur sort. Les autres crimes ne se poursuivent qu'une fois accomplis ; celui-ci, si l'on ne pourvoit à ce qu'il ne se commette pas, c'est en vain qu'après sa consommation on implorerait le secours des lois ; la ville prise, rien n'est laissé aux vaincus[2]. Or, par les dieux immortels, c'est à vous que je m'adresse, vous qui avez toujours estimé vos palais, vos villas, vos statues, vos tableaux plus que la patrie elle-même : si vous voulez conserver, quelle qu'en soit la valeur, ces biens auxquels vous tenez tant ; si vous voulez vous livrer tranquillement à vos plaisirs, réveillez-vous enfin et prenez en main la défense de la République. Il ne s'agit plus d'impôts abusifs, ni de mauvais traitements infligés aux alliés : c'est notre liberté, notre vie même qui est en jeu.

1. Début inspiré de l'exorde de la troisième Olynthienne de Démosthène.
2. Ici, cette fois, réminiscence de Lycurgue, contre Léocrate 2, et 126.

tum referat neue cum populo agat ; qui aliter fecerit, senatum existumare eum contra rem publicam et salutem omnium facturum. »

LII. [1]Postquam Caesar dicundi finem fecit, ceteri uerbo alius alii uarie adsentiebantur. At M. Porcius Cato rogatus sententiam huiuscemodi orationem habuit :

« [2]Longe mihi alia mens est, patres conscripti, cum res atque pericula nostra considero et cum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. [3]Illi mihi disseruisse uidentur de poena eorum qui patriae, parentibus, aris atque focis suis bellum parauere ; res autem monet cauere ab illis magis quam quid in illos statuamus consultare. [4]Nam cetera maleficia tum persequare ubi facta sunt ; hoc nisi prouideris ne accidat, ubi euenit, frustra iudicia implores : capta urbe nihil fit relicui uictis. [5]Sed, per deos immortalis, uos ego appello, qui semper domos, uillas, signa, tabulas uostras pluris quam rem publicam fecistis : si ista, cuiuscumque modi sunt, quae amplexamini, retinere, si uoluptatibus uostris otium praebere uoltis, expergiscimini aliquando et capessite rem publicam. [6]Non agitur de uectigalibus neque de sociorum iniuriis ; libertas et anima nostra in dubio est.

Test. LII. 1 alius... adsentiebantur Diom. *I 381,27* || 2 longe... conscripti Serv. *Aen. 1,13* || 4 caucre... magis Arvs. *VII 488,25* || 5 pluris... fecere *(sic)* Arvs. *VII 499,18* || expergiscimini... rem publicam Agroec. *VII 117,6 (om. nom. Sall.)*, Schol. *Stat. Theb. 2,109* ; Prisc. *III 455,31.*

LII. 2 longe mihi alia mens est *XNKHMT*, *recentt.*, *Seru. cod. M* : longe alia mihi mens est *V*, *Seru. cett. codd.* longe mihi est alia mens *DFμ* || ipse mecum : mecum ipse *MTDF μ n m e* || 4 maleficia *VPCBQH l s* : malefacta *A¹MTDFμ n m e K²* maledicta *K¹* mala *N* || tum : tunc *PMTDFμ* || persequare : *ex* persequere *CB* persequere *A²Q* || 5 fecistis : fecere *Arus.* || ista : *ex* ita *T* ita *VMe* || sunt : sint *HMT²D¹Fμ*.

Souventes fois, P. C., il m'est arrivé de parler longuement devant votre ordre, souvent j'ai reproché à nos concitoyens leur luxe et leur avarice, et je me suis fait par là beaucoup d'ennemis. Moi qui ne m'étais jamais fait grâce d'aucune faute, même en pensée, je ne pouvais aisément pardonner à autrui les méfaits de sa passion. Mais, malgré le peu de cas que vous faisiez de mes remontrances, la république demeurait solide ; sa prospérité pouvait s'accommoder de votre négligence. Aujourd'hui il ne s'agit plus de chercher si nos mœurs sont bonnes ou mauvaises, ni de disserter sur la grandeur et la magnificence de l'Empire romain, mais de savoir si tous ces biens, quoi qu'on en puisse penser, demeureront nôtres ou tomberont avec nous-mêmes dans les mains de l'ennemi. Et l'on viendra me parler de douceur et de pitié ! Il y a longtemps en vérité que nous avons perdu le véritable sens des mots. Prodiguer le bien d'autrui s'appelle libéralité ; l'audace dans le crime prend le nom de bravoure : voilà pourquoi la république touche à sa perte. Que d'autres soient, puisque telles sont les mœurs, généreux avec l'argent des alliés, qu'ils soient pleins de pitié pour les voleurs du trésor ; mais qu'ils n'aillent pas faire largesse de notre sang, et, pour épargner quelques scélérats, perdre tous les honnêtes gens.

Avec art et talent[1], C. César vient de disserter devant votre ordre sur la vie et la mort, estimant fausses, m'a-t-il semblé, les traditions relatives aux enfers selon lesquelles les méchants, loin des bons, occupent des lieux sombres, sauvages, affreux, épouvantables. Son avis est

1. *Composite* : c'est sans doute à dessein que Salluste prête à Caton le même adverbe dont César s'était servi pour qualifier l'éloquence de ceux qui avaient parlé avant lui. L'adverbe a une valeur ironique, comme le verbe *disseruit*. Caton raille cette dissertation philosophique, qui lui semble déplacée en la circonstance.

[7]Saepe numero, patres conscripti, multa uerba in hoc ordine feci ; saepe de luxuria atque auaritia nostrorum ciuium questus sum, multosque mortalis ea causa aduorsos habeo. [8]Qui mihi atque animo meo nullius umquam delicti gratiam fecissem, haud facile alterius lubidini malefacta condonabam. [9]Sed ea tametsi uos parui pendebatis, tamen res publica firma erat : opulentia neglegentiam tolerabat. [10]Nunc uero non id agitur bonisne an malis moribus uiuamus, neque quantum aut quam magnificum imperium populi Romani sit, sed haec, cuiuscumque modi uidentur, nostra an nobiscum una hostium futura sint. [11]Hic mihi quisquam mansuetudinem et misericordiam nominat ? Iampridem equidem nos uera uocabula rerum amisimus : quia bona aliena largiri liberalitas, malarum rerum audacia fortitudo uocatur, eo res publica in extremo sita est. [12]Sint sane, quoniam ita se mores habent, liberales ex sociorum fortunis ; sint misericordes in furibus aerari ; ne illi sanguinem nostrum largiantur et, dum paucis sceleratis parcunt, bonos omnis perditum eant.

[13]Bene et composite C. Caesar paulo ante in hoc ordine de uita et morte disseruit, credo, falsa existumans quae de inferis memorantur, diuorso itinere malos a bonis loca taetra, inculta, foeda atque formidulosa habere.

Test. **12** sint... aerari(i) Arvs. *VII 486,24* || **13** credo... habere Non. *317,38.*

7 hoc : *s.s. HT om. MDF*μ || **9** pendebatis : pendatis *NMD*^{1} (ba *s.s.N*^{2}), sc. ra *Q* penderatis *V* || **10** uidentur : *in mg. T om. M* sunt uidentur *m* || **11** uera rerum uocabula *MT n m e* || uocabulum *P*^{1} || uocatur : *s.s. TDF om. M*μ || sita : posita *P* || **12** illi : *VPAC B n m*: illis *Q Y l s e* || sceleratis : scelestis *mg. P*^{2}, *Q*^{1} (sceleratis *s.s.*) *V* || **13** falsa : falso *TD*^{1} (a *s.s. D*) *F*μ || formidolosa *P*^{1} (du *P*^{2} *in mg.*) *V* : formidulosa *cett.*

de confisquer les biens des coupables, de les tenir eux-mêmes aux fers dans les municipes, par crainte sans doute que, s'ils restent à Rome, ils ne soient délivrés de vive force par leurs complices ou par une populace soudoyée : comme si vraiment il n'y avait de bandits et de scélérats que dans Rome et non par toute l'Italie, comme si l'audace n'était pas plus puissante où la défense est plus faible. Ainsi donc, si César redoute un danger venant des conspirateurs, cette mesure est illusoire ; si, au milieu de la terreur générale, il est seul à ne rien craindre, ce m'est une raison de plus de craindre pour moi-même et pour vous[1]. Aussi, quand vous vous prononcerez sur le sort de Lentulus et de ses complices, tenez pour certain que votre décision atteindra également l'armée de Catilina, et tous les conjurés. Plus vous agirez vigoureusement, plus leur courage faiblira ; pour peu qu'ils vous voient chanceler, bientôt ils seront tous là, pleins d'insolence.

Gardez-vous de croire que ce soit par les armes que nos ancêtres ont fait d'un petit État notre grande République. S'il en était ainsi, nous la verrions aujourd'hui bien plus belle encore, puisque nous avons plus d'alliés et de citoyens, plus aussi d'armes et de chevaux qu'ils n'en avaient[2]. Mais ce sont d'autres qualités qui firent leur grandeur, qualités que nous n'avons plus : au dedans l'amour du travail, au dehors une autorité fondée sur la justice ; dans les conseils, un esprit libre, exempt de remords comme de passion. Au lieu de cela, nous avons

---

1. « Validius etiam quam paulo ante Cato his uerbis innuit, non dubitare se, quin Caesar in occulto coniurationis particeps fuerit. Quare etiam sequentia, *uos simul— de omnibus coniuratis decernere*, aperte in Caesarem dicta sunt. » (KRITZ, éd. de 1856.)
2. Souvenir de DÉMOSTHÈNE, *Philipp.*, 3, 40.

[14]Itaque censuit pecunias eorum publicandas, ipsos per municipia in custodiis habendos, uidelicet timens ne, si Romae sint, aut a popularibus coniurationis aut a multitudine conducta per uim eripiantur : [15]quasi uero mali atque scelesti tantummodo in urbe et non per totam Italiam sint, aut non ibi plus possit audacia ubi ad defendendum opes minores sunt. [16]Quare uanum equidem hoc consilium est, si periculum ex illis metuit ; si in tanto omnium metu solus non timet, eo magis refert me mihi atque uobis timere. [17]Quare cum de P. Lentulo ceterisque statuetis, pro certo habetote uos simul de exercitu Catilinae et de omnibus coniuratis decernere. [18]Quanto uos attentius ea agetis, tanto illis animus infirmior erit ; si paululum modo uos languere uiderint, iam omnes feroces aderunt.

[19]Nolite existumare maiores nostros armis rem publicam ex parua magnam fecisse. [20]Si ita res esset, multo pulcherrumam eam nos haberemus, quippe sociorum atque ciuium, praeterea armorum atque equorum maior copia nobis quam illis est. [21]Sed alia fuere quae illos magnos fecere, quae nobis nulla sunt : domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neque delicto neque lubidini obnoxius. [22]Pro his nos habemus

---

Test. 16 si... metuit ARVS. *VII 493,5* || 19 nolite... in uacuam rem publicam (§ *23 fin.*) AVG. *Ciu. D. 5,12, p. 215 Dombart-Kalb.*

14 ne si (sit *P*) Romae sint (sint Romae *Q*) : om. *N* m^1 *e* || aut : ut aut *NM m e* || a popularibus : popularibus *MF* || 15 ad defendendum : ad defendum *MV* || minores sunt (minoresunt *P*) : minores sint *F* μ e^1 minores *B* || 16 si in : sin in *l* || me : om. *MT m e* || 18 attentius : intentius *mg.* P^2 *V* || animus *ex* omnibus *P* || infirmior animus *MT n m e* || paululum : paulum *VACQ* || 20 res : *s.s.* A^2 *del. KT om. m e, Aug.*

l'amour du luxe et de l'argent, la ruine des finances publiques, l'opulence des particuliers[1]. Nous vantons les richesses, nous suivons la paresse. Point de distinction entre les bons et les méchants ; l'intrigue détient toutes les récompenses dues au mérite. Comment s'en étonner ? Chacun de vous ne pense qu'à sa propre personne, chacun de vous est esclave de ses plaisirs dans la vie privée, de la corruption ou de la faveur dans la vie publique : voilà qui explique cet assaut contre une république sans défense.

Mais laissons ce sujet. Des citoyens de la plus haute noblesse se sont conjurés pour mettre le feu à la patrie ; ils appellent aux armes la nation gauloise, la plus acharnée contre le nom romain ; le chef des ennemis est sur nos têtes, avec son armée[2] ; et vous en êtes encore à hésiter et à vous demander ce que vous ferez d'ennemis publics pris sur le fait dans l'enceinte même de vos remparts ? Ayez pitié d'eux, soit : ce sont de tout jeunes gens que l'ambition a égarés[3] ; renvoyez-les même tout équipés ; mais prenez garde, s'ils prennent les armes, que cette douceur et cette pitié ne vous mènent tout droit à votre perte. Sans doute, dira-t-on, la situation en soi est grave, mais vous ne la craignez pas. Au contraire, elle vous terrorise. Mais par inertie et par mollesse, vous attendez tous l'un après l'autre, vous temporisez, comptant sûrement sur les dieux immortels qui souvent ont sauvé notre république des plus grands dan-

1. Cette comparaison entre l'honnêteté et le désintéressement des anciens temps et la rapacité des temps actuels est un thème souvent exploité. Horace le reprendra, *Od.*, 2, 15, 13 :

Priuatus illis census erat breuis,
Commune magnum.

2. Cf. Tite-Live, 3, 17, qui reprendra l'image : *cum hostes supra caput sint, discedi ab armis et leges ferri placet.*

3. *Adulescentulus* est encore ironique ; pas plus qu'à César (cf. ch. 49, 2), l'épithète ne pouvait s'appliquer à Lentulus, qui avait été prêteur en l'année 75.

luxuriam atque auaritiam, publice egestatem, priuatim opulentiam ; laudamus diuitias, sequimur inertiam ; inter bonos et malos discrimen nullum ; omnia uirtutis praemia ambitio possidet. [23]Neque mirum : ubi uos separatim sibi quisque consilium capitis, ubi domi uoluptatibus, hic pecuniae aut gratiae seruitis, eo fit ut impetus fiat in uacuam rem publicam.

Sed ego haec omitto. [24]Coniurauere nobilissumi ciues patriam incendere ; Gallorum gentem infestissumam nomini Romano ab bellum arcessunt ; dux hostium cum exercitu supra caput est : [25]uos cunctamini etiam nunc et dubitatis quid intra moenia deprehensis hostibus faciatis ? [26]Misereamini, censeo : deliquere homines adulescentuli per ambitionem ; atque etiam armatos dimittatis ; [27]ne ista uobis mansuetudo et misericordia, si illi arma ceperint, in miseriam conuertat. [28]Scilicet res ipsa aspera est, sed uos non timetis eam. Immo uero maxume ; sed inertia et mollitia animi alius alium exspectantes cunctamini, uidelicet dis immortalibus confisi qui hanc rem publicam saepe in maxumis periculis seruauere.

Test. 27 ne... misericordia Don. *Ter. Andr. 939.*

22 discrimen nullum : nullum discrimen *QK*M^1*T* || 24 arcessunt: accersunt *V mg.* $P^2B^2Q^1$ (-siunt) *KTD (in ras.)* || cum exercitu : *s.s. al. manu* F^2 *om. M* || supra caput cum exercitu *Q* || 25 etiam nunc et *VXKDF l s n* : etiam et nunc *NM* etiam nunc *Te* || et dubitatis *s.s. al. manu* D^2F^2 *eras. K om. H m* || dubitamini MT^1 || deprehensis *VPBKHDF μ l s* : apprehensis *ACQNMT n m e* || 26 misereamini : miseremini *V*A^2C^2*P l* miseramini *M* || etiam : *s.s. DF, om. NMT μ n m e* || 27 conuertat *VPAl* : conuertatur *CBQKMT n m, D s.s.* ; uertat *N*D^2 uertatur *H*D^1*F μ s* || 28 maxime : *ex* maxima *NT* maxima *M e.*

gers. Ce n'est point par des vœux ni par des supplications de femmes qu'on obtient le secours des dieux : la vigilance, l'action, les sages résolutions, voilà les instruments du succès. Lorsqu'on s'est livré à la paresse et à la lâcheté, en vain implore-t-on les dieux : ils demeurent hostiles et courroucés. Du temps de nos pères, pendant la guerre avec les Gaulois[1], A. Manlius Torquatus fit mettre à mort son fils pour avoir combattu contre l'ennemi malgré sa défense, et ce jeune héros paya de sa vie un excès de courage. Vous, vous hésitez à statuer sur le sort des plus cruels parricides ? Sans doute toute leur vie passée proteste contre le crime dont on les accuse. Eh bien, respectez l'honneur de Lentulus si jamais lui-même a respecté et sa pudeur, et sa renommée, et les dieux et les hommes. Pardonnez à la jeunesse de Céthégus, si ce n'est pas la seconde fois qu'il prend les armes contre sa patrie[2]. Et que dire de Gabinius, de Statilius, de Céparius, tous gens qui, s'ils avaient eu jamais le moindre scrupule, n'auraient pas formé ce dessein contre la République ? Enfin, P. C., si vraiment il restait encore le temps de commettre une faute, je laisserais volontiers aux faits le soin de vous corriger, puisque vous faites fi des paroles. Mais nous sommes cernés de toutes parts. Catilina avec son armée nous serre à la gorge ; d'autres ennemis sont dans nos murs, au cœur même de la ville ; aucun préparatif, aucune décision ne peuvent demeurer secrets, raison de plus pour nous hâter.

1. Ici la mémoire de Salluste l'a trahi. Ce n'est pas dans la guerre contre les Gaulois que Titus (et non Aulus) Manlius Torquatus fit périr son fils, mais dans une guerre contre les Latins, cf. Tite-Live, 8,7. La confusion provient sans doute du fait qu'il avait reçu le surnom de Torquatus pour sa victoire sur un Gaulois dans un combat singulier (Tite-Live, 7, 10).

2. Il avait pris part à la première conjuration.

[29]Non uotis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur : uigilando, agendo, bene consulendo prospera omnia cedunt. Vbi socordiae te atque ignauiae tradideris, nequiquam deos implores ; irati infestique sunt.

[30]Apud maiores nostros A. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnauerat, necari iussit, [31]atque ille egregius adulescens immoderatae fortitudinis morte poenas dedit ; [32]uos de crudelissumis parricidis quid statuatis cunctamini ? [33]Videlicet cetera uita eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiae, si famae suae, si dis aut hominibus umquam ullis pepercit ; ignoscite Cethegi adulescentiae, nisi iterum patriae bellum fecit. [34]Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Caepario loquar ? quibus si quicquam umquam pensi fuisset, non ea consilia de re publica habuissent.

[35]Postremo, patres conscripti, si mehercule peccato locus esset, facile paterer uos ipsa re corrigi, quoniam uerba contemnitis. Sed undique circumuenti sumus ; Catilina cum exercitu faucibus urget ; alii intra moenia atque in sinu urbis sunt hostes, neque parari neque consuli quicquam potest occulte : quo magis properandum est.

Test. 29 non uotis... infestique sunt Serv. *G. 3,456* || 30 contra... pugnauerat Arvs. *VII 503,1 ; cf.* Avg. *Ciu. D. 5.18.*

29 neque : *ex* atque *P* atque *TDF*μ || agendo : laborando *Seru.* || bene consulendo *om. Seru.* || prospera *PCBNKT recent.* : prospere *VAQMF* || omnia prospere *MF*μ omnia prospera *TD n m e* || te : tete *Seru.* || 32 uerum *ACBY*Δ *(praeter l)* : uero *VP*A^2*Q l* || aut *PACY*Δ *(praeter m)* : atque *V*P^2*BQ m* || 33 iterum *VPBKH l s* : iterum iam *AC* (iam *deinde eraso) QN*Γ *m*, alterum iam T^2*n e* || 34 gabinio statilio : statilio gabinio *Vl* || umquam pensi : umquam *eras. m* pensi umquam *Q* || 35 mehercule : mehercules P^1 *s m e* mehercle *ABQ* || urbis : *om. V* || occulte potest *V*.

En conséquence, voici quel est mon avis : « Puisque le complot sacrilège de citoyens criminels a jeté la république dans les plus grands dangers, puisque, d'après leurs propres aveux confirmant la dénonciation de T. Volturcius et des députés Allobroges, ils sont convaincus d'avoir préparé le meurtre, l'incendie, et autres affreux et cruels attentats contre leurs concitoyens et leur patrie, qu'ils soient sur leur aveu, comme s'ils avaient été pris en flagrant délit de crime capital[1], mis à mort suivant la coutume de nos ancêtres. »

LIII. Lorsque Caton se fut assis, tous les consulaires et la majorité des sénateurs applaudissent sa motion, portent aux nues son courage, échangent des invectives et se traitent l'un l'autre de poltrons. Caton est proclamé un grand et illustre citoyen, et le Sénat rend un décret conforme à sa proposition.

Pour moi, lorsque je lisais ou que j'écoutais toutes les belles actions accomplies par le peuple romain dans la paix et dans la guerre, sur mer comme sur terre, l'idée m'est venue de rechercher les causes qui avaient permis de soutenir de tels efforts. Je savais que souventes fois Rome, avec une poignée de soldats, avait lutté contre de nombreuses légions ennemies. J'avais appris qu'avec de faibles ressources elle avait fait la guerre à des rois puissants ; que de plus elle avait souvent supporté sans faiblir les coups de la Fortune ; mais

1. C'est une aggravation de la procédure ordinaire. La peine de mort ne pouvait être appliquée sans jugement qu'aux criminels pris en flagrant délit. Ici, malgré l'aveu des coupables, il fallait une comparution devant le magistrat, dont la sentence était susceptible d'appel. Aussi Caton s'autorise-t-il de la coutume des ancêtres, *mos maiorum*, pour présenter sa proposition. Il prend encore une fois une attitude directement opposée à celle de César qui, dans son discours, avait mis en lumière les atténuations successives aux châtiments trop rapides et trop sévères infligés dans les premiers temps de la république.

[36]Quare ego ita censeo : cum nefario consilio sceleratorum ciuium res publica in maxuma pericula uenerit, eique indicio T. Volturci et legatorum Allobrogum conuicti confessique sint caedem, incendia, aliaque se foeda atque crudelia facinora in ciuis patriamque parauisse, de confessis, sicuti de manufestis rerum capitalium, more maiorum supplicium sumendum. »

LIII. [1]Postquam Cato adsedit, consulares omnes itemque senatus magna pars sententiam eius laudant, uirtutem animi ad caelum ferunt ; alii alios increpantes timidos uocant. Cato clarus atque magnus habetur ; senati decretum fit sicuti ille censuerat.

[2]Sed mihi multa legenti, multa audienti quae populus Romanus domi militiaeque, mari atque terra, praeclara facinora fecit, forte lubuit adtendere quae res maxume tanta negotia sustinuisset. [3]Sciebam saepe numero parua manu cum magnis legionibus hostium contendisse ; cognoueram paruis copiis bella gesta cum opulentis regibus ; ad hoc saepe fortunae uiolentiam

---

Test. **36** quare...censes EVGRAPH. *Ter. Eun. 1072.*

LIII. **1** itemque... pars SACERD. *VI 446,4 (om. nomine Sallustii)* || senati decretum fit DON. *Ter. Her. 356* ; CHAR. *I 143, 12* ; senati... censuerat PRISC. *II 258,6* || **2** multa... sustentabat (§ *5*) *oratione obliqua reddit* AVG. *Ciu. D. 5,12, p. 216* || **3** cum... contendisse ARVS. *VII 459,6.*

36 ego ita censeo *VP, B (post* censeo *tribus litteris erasis)* : ita censeo ego *ACYΔ* || ego *om. Q, Eugraph.* || maxima : summa *V* || t. volturcii : t *s.s. T*, *om. M e* || se : *s.s. s*, *om. N n m e* || de confessis : de fessis *P*[1] .

LIII. **1** clarus atque magnus : magnus atque clarus *QT* || senati *PA*[1]*Q l m e, Don. Charis. Prisc.* : senatus *cett.* || decretum : m *eras., ut uid., Q* decreto *TF*[2] *s* || sicuti *X (praeter B) D* : sicut *cett.* || ille censuerat : illecon si **erat (*ex* sumerat *P*) || **2** multa mihi *B* || forte *om. Aug.*

que les Romains étaient inférieurs aux Grecs en éloquence, et aux Gaulois en gloire militaire. A force de réfléchir sur ces questions, j'en arrivai à me convaincre que c'était la valeur éminente de quelques citoyens qui avait tout fait ; c'était elle qui avait assuré la victoire de la pauvreté sur la richesse, du petit nombre sur la multitude. Mais lorsque la cité eut été corrompue par le luxe et l'oisiveté, seule la puissance de la république fut à son tour assez forte pour ne pas succomber aux fautes de ses généraux et de ses magistrats ; et, comme une mère dont la fécondité est tarie, Rome fut pendant de longues années sans produire aucun grand homme. A mon époque pourtant il y eut deux hommes d'un mérite éminent, quoique d'un caractère opposé, M. Caton et C. César : puisque mon sujet les a mis sur ma route, je n'ai pas voulu les passer sous silence, et je vais dépeindre, aussi bien que je le pourrai, leur caractère et leurs mœurs.

LIV. Donc, ils étaient à peu près égaux par la naissance[1], par l'âge, par l'éloquence ; même noblesse de cœur, même gloire aussi, mais de nature différente. César devait son prestige à ses largesses et à sa munificence, Caton, à l'intégrité de sa vie. Le premier s'était rendu célèbre par sa douceur et sa pitié, le second avait conquis le respect par sa sévérité. César avait obtenu la gloire à force de donner, de soulager, de pardonner, Caton, par sa volonté de n'accorder rien. Le premier était le refuge des malheureux, le second, la perte des méchants. On louait la complaisance de l'un, la fermeté de l'autre. Enfin, César s'était donné pour règle de travailler, de veiller, de négliger ses intérêts pour se consacrer à ceux de ses amis, de ne rien refuser qui méritât d'être accordé ;

1. Ce n'est pas tout à fait exact : la *gens Porcia* était plébéienne ; la *gens Iulia*, patricienne.

tolerauisse ; facundia Graecos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse. [4]Ac mihi multa agitanti constabat paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauisse, eoque factum uti diuitias paupertas, multitudinem paucitas superaret. [5]Sed postquam luxu atque desidia ciuitas corrupta est, rursus res publica magnitudine sua imperatorum atque magistratuum uitia sustentabat ac, sicuti <esset> effeta par*iendo*, multis tempestatibus haud sane quisquam Romae uirtute magnus fuit. [6]Sed memoria mea ingenti uirtute, diuorsis moribus fuere uiri duo, M. Cato et C. Caesar. Quos quoniam res obtulerat, silentio praeterire non fuit consilium quin utriusque naturam et mores, quantum ingenio possem, aperirem.

LIV. [1]Igitur eis genus, aetas, eloquentia, prope aequalia fuere ; magnitudo animi par, item gloria, sed alia alii. [2]Caesar beneficiis ac munificentia magnus habebatur, integritate uitae Cato. Ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic seueritas dignitatem addiderat. [3]Caesar dando, subleuando, ignoscendo, Cato nihil largiundo gloriam adeptus est. In altero miseris perfugium erat, in altero malis pernicies. Illius facilitas, huius constantia laudabatur. [4]Postremo Caesar in animum induxerat laborare, uigilare, negotiis amicorum intentus sua neglegere, nihil denegare quod dono dignum esset ;

Test. LIV. 1 magnitudo... addiderat SACERD. *VI 459,19.*

4 ac : at *BD* || superaret : superasset *KMTnme* || 5 sua : sui *Aug.* || sicuti <esset> effeta pariendo *Kunze* : sicuti effeta parentum Ω' s. e. e. partu *Kurfess ap. Iacobs-Wirz, XI*[a] *ed.* ; *alii alia* || 6 possem : possum *PD*[2] μ *l s.*

LIV. 3 erat : *s.s. HF om. DMn* || 4 dono : dono *ex* bono *A*[1]*K*[1]*T*[1] bono *NMme.* || quod dono bonum esset *H* quod dignum donum esset μ.

il ambitionnait un haut commandement, une armée, une guerre nouvelle[1], où sa valeur pût briller de tout son éclat. Caton, lui, avait le goût de la modération, du devoir, et par-dessus tout, de l'austérité. Il ne luttait pas de richesse avec le riche, ni d'intrigue avec l'intrigant, mais de courage avec le brave, de réserve avec le modeste, d'intégrité avec l'honnête homme. A l'apparence de l'homme de bien, il préférait la réalité[2] ; aussi moins il recherchait la gloire, plus elle s'attachait à lui[3].

LV. Lorsque le Sénat se fut rangé, comme je l'ai dit, à l'avis de Caton, le consul, jugeant que le mieux était de ne pas attendre la tombée de la nuit, de peur d'un nouvel attentat dans l'intervalle, ordonne aux triumvirs de tout préparer pour le supplice. Lui-même fait poster des gardes et emmène Lentulus dans sa prison ; les préteurs en font autant pour le reste des conjurés. Il y a dans la prison, quand on monte un peu sur la gauche, un endroit nommé le Tullianum, enfoncé d'environ douze pieds sous terre. Il est de tous côtés fermé par des murs, et couvert d'une voûte en pierres de taille ; et la saleté, l'obscurité, l'odeur lui donnent un aspect sinistre et terrifiant. Lorsque Lentulus eut été descendu dans ce cachot, les bourreaux, suivant l'ordre reçu, l'étranglèrent

---

1. Par « guerre nouvelle », il faut entendre une guerre à laquelle d'autres généraux n'eussent pas encore participé, et dont on ne pût lui contester, en cas de succès, l'honneur de la victoire, comme on avait pu le faire à plusieurs reprises pour Pompée. La campagne des Gaules allait justement permettre à César de réaliser cette ambition. Pour le sens de *bellum nouum*, cf. TITE-LIVE, 33, 26 : *priusquam hi praetores ad bellum prope nouum, quia tum primum suo nomine [Hispani] sine ullo Punico exercitu aut duce ad arma ierant, proficiscerentur.*

2. Maxime déjà exprimée par ESCHYLE, *Sept.*, 592 :

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει.

3. Cf. PLINE LE JEUNE, *Ep.*, 1, 8, 41, *sequi enim gloria, non appeti debet.*

sibi magnum imperium, exercitum, bellum nouom exoptabat ubi uirtus enitescere posset. [5]At Catoni studium modestiae, decoris, sed maxume seueritatis erat. [6]Non diuitiis cum diuite neque factione cum factioso, sed cum strenuo uirtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat. Esse quam uideri bonus malebat ; ita, quo minus petebat gloriam, eo magis illum assequebatur.

LV. [1]Postquam, ut dixi, senatus in Catonis sententiam discessit, consul optumum factu ratus noctem quae instabat antecapere ne quid eo spatio nouaretur, trisuiros quae [ad] supplicium postulabat parare iubet ; [2]ipse, praesidiis dispositis, Lentulum in carcerem deducit ; idem fit ceteris per praetores. [3]Est in carcere locus, quod Tullianum appellatur, ubi paululum ascenderis ad laeuam, circiter duodecim pedes humi depressus. [4]Eum muniunt undique parietes atque insuper camera lapideis fornicibus iuncta ; sed incultu, tenebris, odore foeda atque terribilis eius facies est. [5]In eum locum postquam demissus est Lentulus, uindices rerum capitalium, qui-

---

Test. 4 sibi... posset Avg. *Ciu. D. 5,12.* 6 quo... sequebatur *(sic)* Avg. *Ciu. D. 5,12 p. 214.*

Test. LV. 3 est... appellatur Charis. *I 76,17* ; Serv. *Aen. 1, 159 ; 12,897* ; humi depressus Arvs. *VII 487,23.*

6 illum magis *Aug.* || illum : illam A^{2}*CBH*Γ *l* illa *n* || assequebatur : sequebatur *Aug.*

LV. 1 Catonis sententiam : sententiam catonis *Y (praeter HD) r. m e* || factu ratus *ex* facturus *P* || supplicium : <ad> s. *s.s. MT eras BKm* || postulabat : *ex* postulabant *A unde* quae ad supplicium postulabantur *Ahlberg* || 3 ascenderis : descenderis *n, Dietsch* | 4 incultu *PNlsm* : inculta *ACBQ, Y (praeter N) n e* || odere *P* | 5 demissus : *ex* dimissus *PBD* dimissus *QM s n* || uindices *CH (incertum)* e^{1} : ei indices *A* et indices $PK^{1}m$ per indices K^{2}Γ et per indices N^{2} indices $C^{2}BQN^{1}HF^{2}$ *l s n* e^{1}.

avec un lacet. C'est ainsi que ce patricien, issu de l'illustre famille des Cornelii, qui avait exercé à Rome le pouvoir consulaire, trouva une fin digne de ses mœurs et de ses actes. Céthégus, Statilius, Gabinius, Céparius se virent infliger le même supplice[1].

LVI. Pendant que ces événements se passent à Rome, Catilina, réunissant toutes les troupes qu'il avait amenées lui-même et celles que Manlius avait déjà, forme les cadres de deux légions, proportionnant l'effectif de ses cohortes au nombre de ses soldats. Puis il répartit également tous ceux qui, à titre de volontaires ou d'alliés, avaient rejoint son camp, et en peu de temps il avait complété l'effectif normal de ses légions, alors qu'au début il n'avait pas plus de deux mille hommes. Mais de tous ces soldats, il n'y avait guère qu'un quart qui fût armé régulièrement ; les autres n'avaient qu'un équipement de fortune et portaient, les uns, de petits javelots ou des lances, d'autres même, des épieux de bois aiguisé.

Mais depuis qu'Antonius approchait avec son armée, Catilina ne cheminait plus qu'à travers la montagne, transportant son camp tantôt vers Rome, tantôt vers la Gaule, sans donner à son adversaire l'occasion de combattre ; il espérait avoir un jour prochain de grandes forces, si ses complices réussissaient leur coup à Rome.

---

1. « Au crépuscule, les cinq Catiliniens sont étranglés dans le cachot humide, étroit et sombre où Jugurtha avait subi, où Vercingétorix subira le même sort. La volonté du Sénat venait à peine d'être accomplie que déjà Cicéron s'en attribuait le mérite. La funèbre besogne terminée, il se rendit sur le Forum et devant l'affluence qui s'y pressait, avide de nouvelles, il l'annonça d'un mot qui glaça d'épouvante les amis des conjurés : *uixerunt*, ils ont vécu. Puis, au milieu d'un imposant cortège qui l'accompagnait à titre d'honneur, il rentra chez lui, cependant que, sur son passage, s'allumaient, en signe de gratitude et d'allégresse, et les lampes que les hommes avaient suspendues aux portes des maisons, et les torches que, sur les terrasses, agitaient les femmes. » J. Carcopino, *César*, p. 652.)

bus praeceptum erat, laqueo gulam fregere. [6]Ita ille patricius ex gente clarissuma Corneliorum, qui consulare imperium Romae habuerat, dignum moribus factisque suis exitium uitae inuenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Caepario eodem modo supplicium sumptum est.

LVI. [1]Dum ea Romae geruntur, Catilina ex omni copia quam et ipse adduxerat et Manlius habuerat, duas legiones instituit ; cohortis pro numero militum complet. [2]Deinde, ut quisque uoluntarius aut ex sociis in castra uenerat, aequaliter distribuerat, ac breui spatio legiones numero hominum expleuerat, cum initio non amplius duobus milibus habuisset. [3]Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa ; ceteri, ut quemque casus armauerat, sparos aut lanceas, alii praeacutas sudis portabant. [4]Sed postquam Antonius cum exercitu aduentabat, Catilina per montis iter facere ; modo ad urbem, modo Galliam uorsus castra mouere ; hostibus occasionem pugnandi non dare : sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si

---

Test. 6 *Cf.* Treb. Clavd. *5,3* dignum exitum uita ac moribus suis habuit ; Avg. *Ep. 4,3,2* dignum moribus factisque suis exitum maculati repererunt.

LVI. 2 breui... habuisset Non. *499,17* amplius duobus milibus Arvs. *VII 451,11* || 3 sed... portabant Non. *554,9* sparos... portare *(sic)* Serv. *Aen. 11,682* || in Galliam uersus Prisc. *III 514,22.*

6 exitium : exitum *Treb. Claud.*, *Aug.*, *plerique edd.*

LVI. 1 dum : cum *MTF* um μ || ea : *om.* sc. haec *s.s.B* haec *m* || et ipse *XDls* : ipse *Y (praeter D) nme* || 3 aut : et *Seru.* || portabant : portare *Seru.* || 4 Galliam *XHMTDls* : in Galliam *NKnme* (*del.* ad) *Prisc.* ad Galliam *MF.*

En attendant, il congédiait les esclaves qui au début accouraient en masse vers lui[1], car outre qu'il comptait sur les seules forces de la conjuration, il estimait contraire à ses intérêts de paraître associer la cause des citoyens avec celle d'esclaves fugitifs.

LVII. Mais lorsqu'au camp parvint la nouvelle qu'à Rome la conspiration était découverte, que Lentulus, Céthégus, et tous les autres nommés plus haut avaient été exécutés, la plupart des conjurés, que seuls l'espoir du pillage ou l'amour de la révolution avait attirés dans cette guerre, se dispersent de tous côtés ; le reste, Catilina l'emmène à marches forcées par des montagnes abruptes sur le territoire de Pistoria[2], dans le dessein de s'enfuir secrètement par des voies de traverse en Gaule Transalpine[3]. Mais Q. Métellus Céler montait la garde avec trois légions dans le Picénum[4], pensant bien que la situation difficile de Catilina l'amènerait à former le projet que nous venons de dire. Aussi quand il eut appris par des transfuges la marche de son adversaire, il leva vite son camp et vint s'établir au pied même des monts d'où Catilina devait descendre dans sa course vers la Gaule. Et du reste Antonius n'était pas loin, poursuivant Catilina dans sa fuite, avec une grande armée, et fort de l'avantage que lui donnait une marche en terrain plat.

1. On a vu plus haut, ch. 44, 5, que Lentulus lui avait conseillé de ne pas repousser leur concours. — Le texte présente ici une construction singulière : *seruitia, cuius* (au lieu de *quorum*), qui ne peut s'expliquer qu'en supposant que *cuius* représente une expression comme *cuius* < *generis hominum* > ; Salluste passant implicitement des individus considérés isolément *(seruitia)*, à la classe qu'ils représentent. Mais, si le texte est correct, la syllepse est dure, et sans autre exemple, que je sache.

2. *Pistoria* (aujourd'hui Pistoja) se trouve en Étrurie, à sept kilomètres environ au nord-ouest de Florence, dans l'Apennin.

3. Sans doute pour se joindre aux Allobroges, dont il ne soupçonnait pas encore la défection.

4. Aux environs d'Ariminum, dans le nord du territoire autrefois occupé par les *Senones*.

Romae socii incepta patrauissent. [5]Interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant, opibus coniurationis fretus, simul alienum suis rationibus existumans uideri causam ciuium cum seruis fugitiuis communicauisse.

LVII. [1]Sed postquam in castra nuntius peruenit Romae coniurationem patefactam, de Lentulo et Cethego ceterisque quos supra memoraui supplicium sumptum, plerique, quos ad bellum spes rapinarum aut nouarum rerum studium inlexerat, dilabuntur ; relicuos Catilina per montis asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit, eo consilio uti per tramites occulte perfugeret in Galliam Transalpinam. [2]At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro Piceno praesidebat, ex difficultate rerum eadem illa existumans, quae supra diximus, Catilinam agitare. [3]Igitur, ubi iter eius ex perfugis cognouit, castra propere mouit ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. [4]Neque tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis aequioribus expeditus in fuga sequeretur. [5]Sed Catilina, postquam uidet montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res

dit, tous leurs efforts, ils intriguent, ils persécutent chacun de vous, ils vous implorent de ne rien décider en l'absence de l'accusé, et sans l'avoir entendu. A les en croire, mes accusations sont mensongères, et mon exil simulé, puisqu'il m'était loisible de rester dans mon royaume. Puissé-je voir celui dont le crime impie m'a plongé dans une pareille infortune, réduit à simuler comme moi ! Fasse le ciel qu'un jour, soit chez vous, soit chez les dieux immortels, naisse le souci des affaires humaines : alors ce scélérat, aujourd'hui si fier et si glorieux de ses crimes, expiera lourdement, torturé par tous les maux, son ingratitude envers notre père, le meurtre de mon frère, et les malheurs dont je suis accablé.

O mon frère bien-aimé, le jour te fut ravi avant l'heure, et par celui dont tu aurais dû te défier le moins, et pourtant, ton sort désormais me semble plus digne d'envie que de pitié. Ce n'est pas un royaume que tu as perdu avec la vie, c'est à la fuite, à l'exil, au dénûment, à tout les maux qui m'accablent, que tu as échappé. Et moi, infortuné, précipité du trône paternel dans un abîme de malheurs, j'offre le spectacle des vicissitudes humaines, ne sachant que faire : si je dois te venger, quand je cherche du secours pour moi-même, ou défendre ma couronne, quand mon arrêt de vie ou de mort est entre des mains étrangères. Plût aux dieux que mon trépas mît une fin honorable à mon infortune, et qu'on n'eût pas le droit de me mépriser pour avoir sous l'accablement des maux capitulé devant l'injustice[1] ! Aujourd'hui je ne puis avoir ni le goût de vivre, ni le droit de mourir sans me déshonorer.

---

1. L'expression de Salluste est obscure. Adherbal veut sans doute dire que s'il mettait lui-même fin à ses jours, ce suicide pourrait passer pour une lâcheté ; d'où la phrase qui suit.

thae parum cognita transuorsos agat. Quos ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare uos singulos ne quid de absente incognita causa statuatis ; fingere me uerba et fugam simulare, cui licuerit in regno manere. [21]Quod utinam illum, cuius inpio facinore in has miserias proiectus sum, eadem haec simulantem uideam, et aliquando aut apud uos aut apud deos inmortalis rerum humanarum cura oriatur : ne ille qui nunc sceleribus suis ferox atque praeclarus est, omnibus malis excruciatus, inpietatis in parentem nostrum, fratris mei necis mearumque miseriarum grauis poenas reddat. [22]Iam iam, frater animo meo carissume, quanquam tibi inmaturo et unde minime decuit uita erepta est, tamen laetandum magis quam dolendum puto casum tuum. [23]Non enim regnum, sed fugam, exilium, egestatem et omnis has quae me premunt aerumnas cum anima simul amisisti. At ego infelix, in tanta mala praecipitatus ex patrio regno, rerum humanarum spectaculum praebeo, incertus quid agam, tuasne iniurias persequar ipse auxili egens, an regno consulam, cuius uitae necisque potestas ex opibus alienis pendet. [24]Vtinam emori fortunis meis honestus exitus esset, neu iure contemptus uiderer, si defessus malis iniuriae concessissem ! Nunc neque uiuere lubet neque mori licet sine dedecore.

Test. 20 quos... singulos SERV. *Aen. 4,283* || 22 iam iam... carissime SERV. *Aen. 12,676* || 24 cui neque mori licet... neque uiuere libet AMBROS. *de exc. fr. 1,34.*

20 maxuma ope niti *om. Seru.* || 21 *lacuna ab* impio *usque ad 31, 25* auctoritas *in K* || ne ille *VP^2 mg. A^1Q^1N n e* : uel ut *s.s. A^2Q^2* ut ille *P Y l s m* || fratris : fratrisque *HFμ* || 22 iam iam : iam *HΓ* || 23 has omnes *Γ n e* || 24 neu iure *VP^1, ut uid., A l e* : ne iure *B^1* (uel uiuere *s.s.*) ne uiuere *P^2* (*in ras. sic* : ne uiuc^ro^) *cett.* (ne uiderer uiuere contemptus *H*) neu uiuere *Gruter Jordan* || mori : emori *V* || licet... libet *Ambr.* || dedocere *V.*

P. C., je vous en conjure, par vous-même, par vos enfants et vos parents, par la majesté du peuple romain, secourez-moi dans mon malheur, marchez contre l'injustice ; ne souffrez pas que ce trône de Numidie, qui vous appartient, s'effondre par le meurtre et dans le sang de notre famille. »

XV. Quand le roi eut terminé son discours, les envoyés de Jugurtha, comptant plus sur leurs largesses que sur la bonté de leur cause, répliquent brièvement : « Hiempsal avait été mis à mort par les Numides en punition de sa cruauté ; Adherbal dans cette guerre était l'agresseur, et c'est seulement après sa défaite qu'il venait se plaindre d'avoir échoué dans son attentat criminel ; Jugurtha demandait au Sénat de ne pas le croire différent de ce qu'il s'était montré à Numance ; de le juger sur ses actes, non sur les propos de son ennemi[1]. » Puis, les deux parties sortent de la curie. Le Sénat délibère séance tenante. Les partisans des envoyés, comme aussi une grande partie du sénat, corrompue par de puissantes influences, commentaient dédaigneusement le discours d'Adherbal, portaient aux nues le mérite de Jugurtha : crédit, éloquence, bref tous les moyens étaient par eux mis en œuvre pour défendre le crime et l'infamie d'un autre, comme s'il se fût agi de leur propre gloire. Quelques hommes pourtant, moins attachés à l'argent qu'à l'honneur et à la justice, étaient d'avis qu'il fallait secourir Adherbal et venger sévèrement la mort de Hiempsal : le plus intransigeant était M. Aemilius Scaurus, person-

1. Le texte latin dit « de ne pas faire passer les paroles de son ennemi avant ses propres actes ». L'expression *ponere ante*, dans laquelle les deux éléments du verbe composé ne sont pas encore soudés, est sans doute une imitation d'Ennius, *Ann.* 371 :

Non enim rumores ponebat ante salutem.

Cf. la construction semblable de *pono post*, ch. 73, 6.

[25]Patres conscripti, per uos, per liberos atque parentes uostros, per maiestatem populi Romani, subuenite mihi misero, ite obuiam iniuriae, nolite pati regnum Numidiae, quod uostrum est, per scelus et sanguinem familiae nostrae tabescere. »

XV. [1]Postquam rex finem loquendi fecit, legati Iugurthae, largitione magis quam causa freti, paucis respondent : Hiempsalem ob saeuitiam suam ab Numidis interfectum, Adherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri quod iniuriam facere nequiuisset ; Iugurtham ab senatu petere ne se alium putarent ac Numantiae cognitus esset, neu uerba inimici ante facta sua ponerent. [2]Deinde utrique curia egrediuntur. Senatus statim consulitur. Fautores legatorum, praeterea senatus magna pars, gratia deprauata, Adherbalis dicta contemnere, Iugurthae uirtutem extollere laudibus ; gratia, uoce, denique omnibus modis pro alieno scelere et flagitio sua quasi pro gloria nitebantur. [3]At contra pauci, quibus bonum et aequom diuitiis carius erat, subueniundum Adherbali et Hiempsalis mortem seuere uindicandam censebant ; [4]sed ex omnibus maxume Aemilius Scaurus, homo nobilis, inpiger, factiosus, auidus

---

Test. 25 per liberos... uestros Prob. *Inst. Gram. IV 96,8.*

XV. 1 Adherbalem... nequiuisset Schol. *Bemb. in Ter. Ad. 594.*

25 per liberos atque parentes uestros : per liberos atque *(s.s.)* per parentes uestros *B* per liberos uestros atque parentes *H* per liberos uestros atque parentes uestros *m* || *a* per uos *usque ad* populi romani *om. V* || mihi misero : mihi misero mihi *A*[1] misero *VTDFμ e* || nostrae : uestrae *P.*

XV. 1 ab numidis : a numidis *HTDFμ* || interfectum : infectum *P* || superatus est *Schol.* || 2 senatus magna pars (pras *P*) : senatus *s.s. A m, om. NH* magna pars senatus *MDFμ* || sua : sua *ex* suo *C* suo *AQM* (sua *s.s.*).

nage de naissance noble, laborieux, intrigant, avide de pouvoir, d'honneur, de richesses, du reste habile à cacher ses vices[1]. Voyant les commentaires provoqués par ces impudentes distributions d'argent, et craignant à bon droit les explosions de haine que pourraient provoquer ces abus scandaleux, il contint sa rapacité coutumière.

XVI. La victoire revint pourtant dans le Sénat au parti qui sacrifiait la vérité à l'argent ou à l'influence. On décréta que dix députés partageraient entre Jugurtha et Adherbal l'ancien royaume de Micipsa. Le chef de cette délégation était L. Opimius, personnage célèbre, et influent alors au Sénat pour avoir, pendant son consulat et après le meurtre de C. Gracchus et de M. Fulvius Flaccus, exploité cruellement la victoire de la noblesse sur la plèbe. Bien qu'à Rome Jugurtha le comptât parmi ses adversaires, il l'accueillit pourtant avec les plus grands égards, et à force de dons et de promesses, l'amena à sacrifier sa réputation, son honneur, enfin tous ses intérêts aux intérêts du roi. Usant de la même méthode avec les autres délégués, il réussit à gagner la plupart d'entre eux ; bien peu firent passer l'honneur avant l'argent. Dans le partage des terres, la partie de la Numidie qui touche à la Maurétanie, plus riche et plus peuplée, fut attribuée à Jugurtha ; l'autre, de plus d'apparence que de valeur réelle, mais plus abondante en ports et en monuments, devint la propriété d'Adherbal.

---

1. Le portrait que Salluste trace de ce personnage contraste singulièrement avec l'image idéalisée qu'en trace à plusieurs reprises Cicéron, notamment dans le *Brutus*, 111 et s. ; où il dit avec lui : « *In Scauri oratione, sapientis hominis et recti, grauitas summa et naturalis quaedam inerat auctoritas, non ut causam, sed ut testimonium dicere putares, cum pro reo diceret.* » Et dans le *pro Sestio* il le qualifie de *propugnator rei publicae*. Salluste n'a pas les mêmes raisons de louer ce défenseur acharné des privilèges de l'aristocratie.

potentiae, honoris, diuitiarum, ceterum uitia sua callide occultans. [5]Is postquam uidet regis largitionem famosam inpudentemque, ueritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia inuidiam accenderet, animum a consueta lubidine continuit.

XVI. [1]Vicit tamen in senatu pars illa quae uero pretium aut gratiam anteferebat. [2]Decretum fit uti decem legati regnum, quod Micipsa optinuerat, inter Iugurtham et Adherbalem diuiderent. Cuius legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus et tum in senatu potens, quia consul, C. Graccho et M. Fuluio Flacco interfectis, acerrume uictoriam nobilitatis in plebem exercuerat. [3]Eum Iugurtha, tametsi Romae in <in>*i*micis habuerat, tamen accuratissume recepit, dando et pollicendo multa perfecit uti famae, fide, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. [4]Relicuos legatos eadem uia aggressus plerosque capit ; paucis carior fides quam pecunia fuit. In diuisione, quae pars Numidiae Mauretaniam attingit, agro uirisque opulentior, Iugurthae traditur ; illam alteram, specie quam usu potiorem, quae portuosior et aedificiis magis exornata erat, Adherbal possedit.

Test. 5 is... impudentemque Non. *306,5.*

XVI. 1 uicit... anteferebat Non. *366,1.*

5 uidet : uidit A^2C^1Q *s* || uidet regis *om. Non.* || solet : solet fieri A^2CQ fieri solet *T.*

XVI. 2 decem legati : decem *eras. C om. B l* legati decem *s* || legationis : largitionis *P* || opimius : opimus *MṪD e* || quia *XY (praeter H) l n e* : a *exp. et restit. QD eras. N* qui HT^2 *s m* || consul $ACBQNT^2DF$ *s m e* : ibus *s.s. et eras. DF, s.s. m* consulibus *HMT μ l n (in ras. H n)* consuls *P* || 3 inimicis *uulgo.* : amicis Ω' || pollicendo : pollicitando *TDF* || famae *aliquot dett., recepit P. Thomas* : fama Ω' || fide *datiuum esse meminerit lector* || 4 aggressus : *ex* aggressos *D* aggressos *NMT m e* || usu : *ex* usui *AN.*

XVII. Mon sujet exige, semble-t-il, que j'expose brièvement la géographie de l'Afrique, et que je touche un mot des nations que nous y avons eues comme ennemies ou comme amies. Quant aux contrées et aux peuples que la chaleur, le relief du sol ou les déserts font moins fréquenter, il me serait difficile d'en rien dire de certain ; des autres, je traiterai aussi brièvement que possible.

Dans la division du globe terrestre, on fait généralement de l'Afrique la troisième partie du monde ; quelques auteurs n'en comptent que deux, l'Asie et l'Europe, et rattachent l'Afrique à cette dernière[1]. Elle a pour limites à l'Ouest le détroit qui unit notre mer à l'Océan[2], à l'Est un large plateau incliné que les habitants nomment Catabathmos[3]. La mer y est mauvaise, sans mouillages ; le sol, fertile en céréales, bon pour l'élevage, stérile en arbres ; l'eau, tant de pluie que de sources, fort rare. Les hommes y sont sains de corps, agiles, durs au travail ; presque tous meurent de vieillesse, sauf ceux qui tombent sous le fer, ou sous la dent des fauves ; car il est rare que la maladie les emporte. Ajoutez à cela le grand nombre des animaux malfaisants. Quant aux

---

1. On trouve notamment cette théorie exposée par VARRON, *De Lingua Latina*, V, 4 : *caeli regionibus terra (diuisa est) in Asiam et Europam ; Asia enim iacet ad meridiem et austrum, Europa ad septentrionem et Aquilonem*. On voit que c'est d'après l'orientation, réelle ou supposée, que cette division est établie. LUCAIN, *Phars.*, 9, 411, mentionne les deux opinions :

> *Tertia pars rerum Libye, si credere famae*
> *Cuncta uelis ; at si uentum caelumque sequaris,*
> *Pars erit Europae.*

Cf. aussi PRISCIEN, *Perieg.*, v. 15, et ISIDORE DE SÉVILLE, *Orig.*, XIV, 2.

2. Il s'agit du détroit de Gadès *(fretum Gaditanum)*, aujourd'hui de Gibraltar.

3. Mot grec : καταβαθμός, « descente ». C'est le plateau qui s'étend entre la Cyrénaïque et l'Egypte.

XVII. [1]Res postulare uidetur Africae situm paucis exponere et eas gentis, quibuscum nobis bellum aut amicitia fuit, attingere. [2]Sed quae loca et nationes ob calorem aut asperitatem, item solitudines minus frequentata sunt, de eis haud facile conpertum narrauerim ; cetera quam paucissumis absoluam.

[3]In diuisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantummodo Asiam et Europam esse, sed Africam in Europa. [4]Ea finis habet ab occidente fretum nostri maris et Oceani, ab ortu solis decliuem latitudinem, quem locum Catabathmon incolae appellant. [5]Mare saeuom, inportuosum ; ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus; caelo terraque penuria aquarum. [6]Genus hominum salubri corpore, uelox, patiens laborum. Plerosque senectus dissoluit, nisi qui ferro aut bestiis interiere ; nam morbus haud saepe quemquam superat. Ad hoc malefici generis pluruma animalia.

Test. XVII. 2 cetera *(sic)*... narrauerim Prisc. *III 67,23* || 3 Asia... quam quidam in alteram duarum, plerique autem in tertiam totius orbis partem posuerunt Avgvst. *Ciu. D. 16,17* || 5 mare... animalia Fronto *109 N, 162 et 166 H (om. nom. Sall.)* mare saeuom importuosum Serv. *Aen. 1,616* ager frugum fertilis Arvs. *VII 473,20* arbore infecundus id. *VII 478,10* caelo... aquarum Serv. *Aen. 1,22. cf.* Cvrt. *4,7,6* : terra caeloque aquarum paenuria est || 6 laborum ac plerosque Fronto *109 N 162 et 166 H*

XVII. 1 quibuscum nobis : i.e. cum quibus *s.s. A* cum quibus nobis *H* quibus cum nobis *CD n* quibus nobiscum *M* || 2 de iis : cetera *Prisc.* || comperta *Prisc.* || 4 catabathmon : cathabathmon *P* catabahtmon *ex* catabahthmon Ccat habatmon *ex* catthabatmon *D* || 5 arbori : arbore *Arus.* ; *an* arborei.? || 6 patiens : patiensque *B.* || plerosque : ac plerosque *Fronto* || interiere : interere *N*[1] (i *s.s.*) interire *MDF* interierit *l* -rint *n* || quemquam : quem *A*[1] *Fronto* || plurima animalia : *ex* plurimalia *A e.*

premiers habitants de l'Afrique, à ceux qui vinrent s'y joindre, aux croisements qui en sont résultés, bien que cette opinion diffère de la tradition généralement adoptée, je vais résumer très brièvement l'exposé qu'on m'a traduit de livres puniques, attribués au roi Hiempsal[1], et qui concorde du reste avec ce que pensent les indigènes eux-mêmes, en laissant aux auteurs la responsabilité de leurs dires.

XVIII. Les premiers habitants de l'Afrique furent les Gétules et les Libyens[2], gens grossiers et barbares, qui se nourrissaient de la chair des bêtes sauvages, ou de l'herbe des prés, à la façon des troupeaux. Ils n'étaient gouvernés ni par la coutume, ni par la loi, ni par un maître ; errant à l'aventure, dispersés, il s'arrêtaient seulement où les surprenait la nuit. Mais après la mort d'Hercule en Espagne — c'est du moins l'opinion des Africains — son armée, composée de peuples divers, privée de son chef, et tiraillée entre plusieurs rivaux qui tous voulaient le commandement, ne tarda pas à se débander. Dans le nombre, les Mèdes, les Perses, et les Arméniens passèrent en Afrique sur des vaisseaux et occupèrent des contrées voisines de notre mer. Les Perses toutefois tirèrent plus vers l'Océan, et ils se firent des cabanes en retournant la coque de leurs barques, car il n'y avait pas de bois de construction dans le pays, et ils ne pouvaient s'en procurer en Espagne par achat ou par échange : l'étendue de la mer et l'ignorance de la

---

1. Hiempsal II, fils de ce Gauda (ch. 65, 1) qui, après la défaite de Jugurtha, fut désigné par les Romains pour régner sur la Numidie. Hiempsal II eut pour fils Juba, qui, dans la lutte entre César et Pompée, se rangea du côté de ce dernier et fut battu à Thapsus. Son fils Juba II, emmené à Rome où il fut élevé, écrivit en grec nombre d'ouvrages. auxquels les historiens et les géographes ont beaucoup emprunté.

2. Les Gétules habitaient à l'ouest, près de l'Océan ; les Libyens à l'est.

[7]Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea adcesserint, aut quomodo inter se permixti sint, quamquam ab ea fama quae plerosque obtinet diuorsum est, tamen uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum nobis est, utique rem sese habere cultores eius terrae putant, quam paucissumis dicam. Ceterum fides eius rei penes auctores erit.

XVIII. [1]Africam initio habuere Gaetuli et Libyes, asperi incultique, quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum uti pecoribus. [2]Ei neque moribus neque lege aut imperio cuiusquam regebantur; uagi, palantes, quas nox coegerat sedes habebant. [3]Sed postquam in Hispania Hercules, sicuti Afri putant, interiit, exercitus eius, compositus ex uariis gentibus, amisso duce ac passim multis sibi quisque imperium petentibus, breui dilabitur. [4]Ex eo numero Medi, Persae et Armenii, nauibus in Africam transuecti, proxumos nostro mari locos occupauere. [5]Sed Persae intra Oceanum magis, eique alueos nauium inuersos pro tuguriis habuere, quia neque materia in agris neque ab Hispanis emendi aut mutandi copia erat: [6]mare

---

Test. 7 utique... habere De Vlt. Syll. *IV 248,13* || penes auctores fides erit Sen. *N. Q. 4*^{b}*3,1 (om. nom. Sall.)*.

XVIII. 2 *cf.* Pomp. Mel. *1,8,3* ; Hieron. *Ep. ad Rust. 125* ; Svlp. Sev. *Dial. 1,15* || 3 postquam Hercules in Africa, sicut putant, interiit, exercitus eius uariis gentibus permixtus est Schol. *Stat. Theb. 6,512 (cf.* Isid. *Orig. 9,2,120 sq.)* || 4 ex eo numero Medi et Persae et Armenii nauibus in Africam transuecti proxima mari loca occupauere Isid.

7 sint *Y (praeter N) s n m e* : sunt *XN l* || utique : utque *MTF n* utqui D^1.

XVIII. 1 initio : in initio *H* || gaetuli : ge- *PACD n* || libyes *uel* lybies *uel* libies *codd.* || quis : i.e. quibus *s.s. AC* quibus *Q T* || 2 aut : neque *TDFμ* || quas $XN^1M^1D\mu^1\Delta$: qua $N^2M^2TF\mu^2$ *l* || 3 sed *om. Lactant.* || 4 persae *s.s. A, om. B* || armenii *n* : -ni *cett.*

langue interdisaient tout commerce. Peu à peu ils se mêlèrent aux Gétules par voie de mariage ; et comme dans leurs différentes tentatives pour trouver un territoire convenable, ils s'étaient souvent déplacés, ils se donnèrent eux-mêmes le nom de Nomades. Du reste, aujourd'hui encore, les habitations des paysans Numides, qu'ils appellent *mapalia*, avec leur forme allongée, les flancs recourbés qui leur servent de toit, ressemblent à des carènes de navires. Aux Mèdes et aux Arméniens se joignirent les Libyens — car ils habitaient plus près de la mer d'Afrique, les Gétules étant plus près du soleil, non loin de la zone torride — et ils eurent de bonne heure des villes fortes ; car n'étant séparés de l'Espagne que par un détroit, ils avaient établi avec ce pays un commerce d'échanges[1]. Le nom des Mèdes fut peu à peu altéré par les Libyens, qui dans leur langue barbare y substituèrent la forme Maures. La puissance des Perses s'accrut rapidement ; et plus tard, sous le nom de Numides, une colonie de jeunes gens, que le surpeuplement contraignit d'abandonner le foyer paternel,

1. « En dégageant le texte de Salluste des hypothèses dont il est surchargé, et en le ramenant à sa plus grande simplicité, on distingue trois périodes dans cette histoire de la population de l'Afrique : 1° *Gaetuli et Libyes*, ce sont les Autochthones, ancêtres des Kabyles actuels, race singulièrement persistante et vivace, qui conserve encore aujourd'hui une physionomie très différente de celle des deux autres populations de l'Algérie ; 2° *Medi, Persae et Armenii*, les débris de l'armée d'Hercule : peut-être y a-t-il ici un vague souvenir d'une antique migration : il semble que, sous la pression d'une invasion, venue du Nord, vers l'an 1600 av. J.-C., quelques peuplades gauloises aient dû passer en Espagne, refoulant devant elles les habitants de ce pays, qui, en partie, seraient passés en Afrique par le détroit de Gadès ; l'Afrique aurait reçu ainsi une population aryenne dont les descendants, bien reconnaissables à leurs yeux bleus, se retrouvent encore sur plusieurs points de l'Atlas et particulièrement dans l'Aurès ; 3° *Phoenices*, les colons phéniciens, survenus beaucoup plus tard, et qui ont occupé le littoral. » (R. Lallier.)

magnum et ignara lingua commercio prohibebant. [7]Ei paulatim per conubia Gaetulos secum miscuere et, quia saepe temptantes agros alia, deinde alia loca petiuerant, semet ipsi Nomadas appellauere. [8]Ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi uocant, oblonga, incuruis lateribus tecta quasi nauium carinae sunt. [9]Medis autem et Armeniis accessere Libyes — nam ei propius mare Africum agitabant, Gaetuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus —, eique mature oppida habuere ; nam freto diuisi ab Hispania mutare res inter se instituerant. [10]Nomen eorum paulatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros pro Medis appellantes. [11]Sed res Persarum breui adoleuit, ac postea nomine Numidae, propter multitudinem a parentibus digressi,

---

Test. 7 Numadas dicit, ut ait Sall. : et quia saepe temptantes agros, alia deinde alia loca (alio loco *C*) petiuerant, semet ipsi Numadas appellauerunt SCHOL. *Lucan. I 253, cf.* ISID. semet ipsos propria lingua Numides (-das) appellauerunt || 8 mapalia SERV. *Aen. 1,421, cf.* SCHOL. BERN. *Geo. 3, 340* mapalia aedificia Numidarum oblonga incuruis lateribus tecta (-to *uar.*) quasi nauium carinae ; SVLP. SEV., *Dial. 1,3* cuius tectum, sicut Sallustius ait, quasi carina nauis erat || 9 propius... agitabant PRISC. *III 292,8* ; ARVS. *VII 501,11* || mutare... instituerant COMM. LVC. *7,263.*

6 commercio PAC^1N^1 : uel a *s.s.* *A* commercia *cett.* || 7 secum : *om.* *P l* sibi Q^1 (uel secum *s.s.*) || alia deinde alia loca : alia dein deinde alia (loca *s.s.*) *AC* alia deinde loca *H.* || ipsi : ipsos P^2T^2 *s n* ipsis *H*, *om.* *m* || nomadas P^1A^1 *m* : numadas *l*, *schol. Lucan.* numidas *cett.* || 8 mapalia (mappalia *ACQ*) illi : illi mapalia (mappa- *D*) *TDF*μ || tecta A^2CBQNT^1 *l s n* : tecto PA^1Y (*praeter N* ; uel ta *s.s. D*) *e*, *Schol. Bern.* || 9 africum : africam A^2CB, *Q* (uel -cum *s.s.*) || haud procul magis ab P^1 (magis *exp.*) || 10 corrupere : corrum- *B s* || 11 nomine : *eras. m*, *om. e*, sc. sub *s.s.* *C* sub *s.s.* *Q* de nomine *s* || numidae *MTD*^{2} *n* : numidiae *cett.*

prit possession du pays voisin de Carthage qu'on appelle Numidie. Puis l'ancien et le nouveau peuple, se prêtant un mutuel appui, soumirent par les armes ou par la crainte les pays limitrophes, et se procurèrent renom et gloire, surtout ceux qui s'étaient avancés du côté de notre mer, car les Libyens étaient moins belliqueux que les Gétules. Finalement, presque toute la partie inférieure de l'Afrique tomba en possession des Numides ; les vaincus prirent le nom du vainqueur, avec lequel ils se confondirent.

XIX. Plus tard les Phéniciens, les uns pour décharger leur pays d'un excès de population, d'autres par esprit de conquête, rangeant de leur côté la plèbe et les gens avides d'aventures, allèrent fonder sur la côte Hippone[1], Hadrumète[2], Leptis[3], d'autres villes encore, et celles-ci, bientôt prospères, devinrent l'appui ou la gloire de leurs métropoles. Pour Carthage, j'aime mieux n'en rien dire que d'en dire trop peu, puisque mon sujet m'entraîne ailleurs.

Donc, attenant au Catabathmos, qui sépare l'Égypte de l'Afrique[4], en suivant la mer se trouvent d'abord Cyrène, colonie de Théra[5], ensuite les deux Syrtes, avec Leptis entre deux, puis les autels des Philènes, jadis

---

1. Il y avait deux villes libyo-phéniciennes de ce nom, *Hippo Regius* dont l'emplacement correspond à peu près à celui de Bône, et *Hippo Zarytus*, aujourd'hui Bizerte.

2. Hadrumète, fondation plus ancienne que Carthage, aujourd'hui Sousse, en Tunisie méridionale.

3. Deux villes portaient ce nom, *Leptis minor*, au sud d'Hadrumète, aujourd'hui Lemta, et *Leptis magna*, aujourd'hui Lebda, dont la position est précisée au § 3, et dont il sera question ch. 77.

4. On sait que pour les anciens l'Égypte faisait partie de l'Asie.

5. Théra, une des Cyclades (aujourd'hui Santorin) avait fondé cette colonie en 631 av. J.-C. Le fondateur passait pour être un certain Aristotélès, dit Battos.

possedere ea loca quae proxume Carthaginem Numidia appellatur. [12]Dein, utrique alteris freti, finitumos armis aut metu sub imperium suum coegere, nomen gloriamque sibi addidere, magis ei qui ad nostrum mare processerant, quia Libyes quam Gaetuli minus bellicosi. Denique Africae pars inferior pleraque ab Numidis possessa est, uicti omnes in gentem nomenque imperantium concessere.

XIX. [1]Postea Phoenices, alii multitudinis domi minuendae gratia, pars imperi cupidine, sollicitata plebe et aliis nouarum rerum auidis, Hipponem, Hadrumetum, Leptim aliasque urbis in ora marituma condidere, eaeque breui multum auctae, pars originibus suis praesidio, aliae decori fuere. [2]Nam de Carthagine silere melius puto quam parum dicere, quoniam alio properare tempus monet. [3]Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, secundo mari prima Cyrene est, colonia Theraeon, ac deinceps duae Syrtes interque eas Leptis,

---

Test. **11** proxuma... appellatur ARVS. *VII 498,17 cf.* DIOM. *I 410,9* proxima Carthagini loca.

XIX. **1** Hipponem... ceterasque ciuitates *(sic)* SACERD. *VI 470,18 (om. nom. Sall.)* || **2** nam... dicere QVINTIL. *I. O. 2,13,14;* SERV. *Aen. 1,342, cf.* APPVL. *de mundo 24...* non, ut ait ille, silere melius est, sed uel parum dicere ; HIERON. *Ep. 53,8* super quo tacere melius puto quam pauca scribere.

possedere : *ex* possidere *ut uid. P*, possidere *B*[2]*MF n e* || proxime carthaginem Ω' : promixa carthagine *Arus.* proxima carthagini *Diom. (datiuum attestans)* || appellatur : -lantur *QM l s* || **12** coegere : *ex* cogere *PB m.*

XIX. **1** phoenices *uel* foenices *uel* phenices *codd.* || sollicitata : sollicita *Q* || hadrumetum : hadrimetum *A*[1]*C*[2], hadrymetum *A*[2] *P*, adrymetum *Q* (*ex* adri-), adrimetum *D n* || Leptim : Lepcim *Bücheler Rh. M. 59,638 sq., cf. Schmalz B. Ph. Woch. 1916; 511* || aliasque urbis : ceterasque ciuitates *Sacerd.* || **2** nam : sed *Seru.* || silere melius : tacere satius *Quint.* || **3** catabathmon *P* (*ex.* catabthmon) *AC n* : cathabatmon *Q* cathabathmon *D.*

limite de l'empire carthaginois dans la direction de l'Égypte[1], puis d'autres villes puniques. Les autres régions jusqu'à la Maurétanie sont occupées par les Numides ; les plus près de l'Espagne sont les Maures. Au-dessus de la Numidie[2] se trouvent, dit-on, les Gétules, qui vivent les uns dans des huttes, les autres, plus barbares, en nomades ; derrière eux, les Éthiopiens, enfin des régions embrasées par les ardeurs du soleil.

Au moment donc de la guerre contre Jugurtha, le peuple Romain administrait par ses magistrats la plupart des villes puniques, et les territoires occupés en dernier lieu par Carthage ; une grande partie des Gétules, et la Numidie jusqu'au fleuve Muluccha[3] obéissaient à Jugurtha ; tous les Maures étaient sous l'autorité du roi Bocchus, qui, sauf le nom, ignorait tout du peuple Romain, et avec qui nous n'avions pas davantage de relations, pacifiques ou hostiles. Ces quelques notes sur l'Afrique et ses habitants suffisent aux exigences de mon sujet.

XX. Lorsque après le partage du royaume les députés eurent quitté l'Afrique, et que Jugurtha se vit, contrairement à ses craintes, en possession du fruit de ses crimes, convaincu que ses amis de Numance ne l'avaient pas trompé en lui affirmant qu'à Rome tout était à vendre[4], enflammé d'autre part par les promesses de ceux qu'il venait de combler de présents, il jeta ses vues sur le royaume d'Adherbal. Il était hardi, belliqueux ; celui

1. Sur l'emplacement de l'autel des Philènes et sur leur origine, v. plus loin, ch. 79.
2. C'est-à-dire en remontant vers l'intérieur des terres ; l'expression *super Numidiam* s'oppose à *Africae pars inferior* du ch. 18, 12.
3. Le fleuve Muluccha ou Molochath, aujourd'hui l'Oued-Moulouïa, coule entre l'Algérie et le Maroc.
4. Cf. ch. 8, 1.

deinde Philaenon Arae, quem locum Aegyptum uorsus finem imperi habuere Carthaginienses, post aliae Punicae urbes. [4]Cetera loca usque ad Mauretaniam Numidae tenent ; proxumi Hispanias Mauri sunt. [5]Super Numidiam Gaetulos accepimus partim in tuguriis, alios incultius uagos agitare ; [6]post eos Aethiopas esse, dehinc loca exusta solis ardoribus.

[7]Igitur bello Iugurthino pleraque ex Punicis oppida et finis Carthaginiensium, quos nouissume habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat ; Gaetulorum magna pars et Numidae usque ad flumen Muluccham sub Iugurtha erant ; Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, praeter nomen cetera ignarus populi Romani itemque nobis neque bello neque pace antea cognitus. [8]De Africa et eius incolis ad necessitudinem rei satis dictum.

XX. [1]Postquam diuiso regno legati Africa decessere, et Iugurtha contra timorem animi praemia sceleris adeptum sese uidet, certum esse ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romae uenalia esse, simul et illorum pollicitationibus accensus quos paulo ante muneribus expleuerat, in regnum Adherbalis ani-

---

Test. 3 Phil(a)enon arae Mar. Victor. *VI 285,13.* || 4 proximi... sunt Arvs. *VII 498,18, cf.* Isid. *Orig. 9,2,122* Medi autem cum Libyis se miscuerunt, qui proxima (proximi *I*) Africa inhabitabant.

XX. 1-2 in regnum... metuendus Fronto *109 N. (162 H.) om. nom. Sall.*

4 proximi *P l Arus.* : proxime *cett.* || Hispanias *P l* : Hispania *Arus.* Hispaniam *cett.* || 6 dehinc *PB* : deinde *A* dein *cett.* || 7 numidae : *ex* numidiae *P* numidiae *CΓ* || usque ad : usque *HDFμ*.

XX. 1 decessere : discessere *BM m*[1] || esse ratus : ratus esse *n* esse *om. e, s.s. alia man. m*[1].

qu'il visait au contraire était ami du repos, pacifique, débonnaire, tout désigné pour les coups, trop craintif pour être craint. Aussi Jugurtha envahit-il à l'improviste[1] le royaume d'Adherbal avec une troupe nombreuse ; il enlève beaucoup d'hommes avec des troupeaux et d'autre butin, il brûle les habitations, ravage avec sa cavalerie la plus grande partie du territoire, puis retourne avec tout son monde dans son royaume, convaincu qu'Adherbal, sous le coup de l'indignation, vengerait par les armes l'injure reçue, et qu'il aurait là une cause de guerre ouverte. Mais Adherbal, ne se jugeant pas de force égale, et comptant moins sur les Numides que sur l'amitié du peuple romain, envoya des députés à Jugurtha pour se plaindre des violences commises. Malgré la réponse injurieuse qu'ils lui rapportèrent, il résolut de tout souffrir plutôt que d'entamer une seconde guerre, quand la précédente lui avait si mal réussi. Cette attitude ne ralentit point l'ambition de Jugurtha, qui se voyait déjà maître en pensée de tout le royaume d'Adherbal. Aussi n'est-ce plus, comme précédemment, avec une bande de pillards, mais avec une grande armée qu'il se met en campagne, dans le dessein déclaré de conquérir toute la Numidie. Partout où il passe, il dévaste les villes, les campagnes, il emmène toute sorte de butin, redouble la confiance de ses hommes, et la terreur des ennemis.

XXI. Se voyant réduit à quitter son royaume ou à le défendre par les armes, Adherbal cède à la nécessité ; il lève des troupes et marche à la rencontre de Jugurtha. Chemin faisant, les deux armées firent halte non loin de la mer, près de Cirta, et, comme c'était la fin du jour, la

1. Mais quatre ans seulement après le partage, c'est-à-dire en 113 ; Salluste présente les opérations comme si elles se succédaient immédiatement.

mum intendit. [2]Ipse acer, bellicosus ; at is quem petebat, quietus, inbellis, placido ingenio, opportunus iniuriae, metuens magis quam metuendus. [3]Igitur ex improuiso finis eius cum magna manu inuadit, multos mortalis cum pecore atque alia praeda capit, aedificia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu adcedit ; [4]deinde cum omni multitudine in regnum suum conuortit, existumans Adherbalem dolore permotum iniurias suas manu uindicaturum eamque rem belli causam fore. [5]At ille, quod neque se parem armis existumabat et amicitia populi Romani magis quam Numidis fretus erat, legatos ad Iugurtham de iniuriis questum misit. Qui tametsi contumeliosa dicta rettulerant, prius tamen omnia pati decreuit quam bellum sumere, quia temptatum antea secus cesserat. [6]Neque eo magis cupido Iugurthae minuebatur, quippe qui totum eius regnum animo iam inuaserat. [7]Itaque non uti antea cum praedatoria manu, sed magno exercitu conparato, bellum gerere coepit et aperte totius Numidiae imperium petere. [8]Ceterum, qua pergebat, urbis, agros uastare, praedas agere, suis animum, terrorem hostibus augere.

XXI. [1]Adherbal uti intellegit eo processum uti regnum aut relinquendum esset aut armis retinendum, necessario copias parat et Iugurthae obuius procedit. [2]Interim haud longe a mari prope Cirtam oppidum utriusque

---

Test. 2 opportunus iniuriae Arvs. *VII 496,15.* || 5 et amicitia... fretus Arvs. *VII 474,28.*

3 hostiliter loca *HΓ m e* || 4 deinde : *ex* dein *A*[1] (de *s.s.*) dein *Q* || dolore permotum adherbalem *HΓ m e* || 7 cum : *exp.* *A*[1] *om.* *C.*

bataille ne s'engagea point. Mais tout à la fin de la nuit, l'obscurité régnant encore, les soldats de Jugurtha, au signal donné, fondent sur le camp des ennemis ; ils les surprennent les uns à moitié endormis, les autres pendant qu'ils prennent leurs armes, les bousculent et les mettent en déroute. Adherbal, suivi de quelques cavaliers, s'enfuit à Cirta ; et sans la présence d'un grand nombre de citoyens italiens[1] qui interdirent à ses poursuivants l'entrée de la ville, la guerre entre les deux rois aurait pris fin le jour même qu'elle avait commencé. Jugurtha investit donc la place, et met en œuvre mantelets, tours, machines de toute espèce pour la prendre d'assaut ; il voulait aller très vite, afin d'aboutir avant le retour de l'ambassade qu'il savait qu'Adherbal avait envoyée à Rome avant le combat. Or, lorsque le Sénat eut connaissance de cette guerre, il délègue en Afrique trois jeunes gens avec ordre de rejoindre les deux rois, et de leur déclarer au nom du Sénat et du Peuple Romain que Rome voulait et entendait qu'ils missent bas les armes [et, qu'ils vidassent leur différend par les voies légales et non par la guerre[2]] ; que l'honneur de Rome et le leur le demandaient ainsi.

XXII. Ces députés se rendent en Afrique avec d'autant plus de hâte qu'à Rome, au moment de leur départ, on parlait du combat qui avait eu lieu et du siège de Cirta ; mais ce n'était qu'une faible rumeur. Après les avoir

1. *togatorum* : l'adjectif ici ne désigne pas seulement les citoyens romains, mais les Italiens en général qui faisaient du commerce à Cirta, cf. ch. 26, 1 et 3 et 47, 1.

2. Le membre de phrase *de controuorsiis... disceptare* manque dans tous les bons manuscrits ; il ne figure que dans quelques *deteriores*, et d'autre part il se retrouve à peu près exactement dans le *De Bello Ciuili* de César, l. 3, 107, 2 : *de controuersiis iure apud se potius quam armis disceptare.* La rencontre est étrange ; cf. Préface, p. 46, n. 1.

exercitus consedit, et quia diei extremum erat, proelium non inceptum. Sed ubi plerumque noctis processit, obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini signo dato castra hostium inuadunt; semisomnos partim, alios arma sumentis fugant funduntque. Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit et, ni multitudo togatorum fuisset quae Numidas insequentis moenibus prohibuit, uno die inter duos reges coeptum atque patratum bellum foret. [3]Igitur Iugurtha oppidum circumsedit; uineis turribusque et machinis omnium generum expugnare aggreditur, maxume festinans tempus legatorum antecapere, quos ante proelium factum Romam ab Adherbale missos audiuerat.

[4]Sed postquam senatus de bello eorum accepit, tres adulescentes in Africam legantur, qui ambos reges adeant, senatus populique Romani uerbis nuntient uelle et censere eos ab armis discedere [, de controuersiis suis iure potius quam bello disceptare] : ita seque illisque dignum esse.

XXII. [1]Legati in Africam maturantes ueniunt, eo magis quod Romae, dum proficisci parant, de proelio facto et oppugnatione Cirtae audiebatur ; sed is rumor

---

Test. XXII. 1 sed... erat PRISC. *III 353,11.*

XXI. 2 exercitus consedit : consedit exercitus *TDFμ* || inceptum : sc. fuit *s.s. A* i: est *QD* est inceptum *l* || semisomnos : *ex* semisomnes *l* semisonnos *Q* (-is uel -es *al. man. s.s.*) *n* || fugant funduntque : *ex* fudant fundantque *P* || bellum foret : foret bellum *HΓ n e* bellum *om. l* || 3 ab adherbale romam : romam ab adherbale *HΓ n e* || 4 senatus populique romani : senatus populi romani *l m* senatus populique *M* || de controuersiis... disceptare *om. mutili, leguntur in paucis integris, cf. Caes. B.C. 3,107,* 2.

XXII. 1 clemens : non nimius *in mg. A, s.s. C,* i.e. non nimius *s.s. D ; cf. Prisc. III 353,12* « clemens... pro non nimius ».

entendus, Jugurtha répondit : « que rien n'était plus sacré ni plus cher à ses yeux que l'autorité du Sénat ; que dès son adolescence il s'était appliqué à mériter l'estime des meilleurs citoyens ; que c'était par sa valeur, non par ses vices, qu'il avait su plaire à un aussi grand homme que Scipion ; que c'était en considération de ces qualités, non faute de fils, que Micipsa l'avait adopté pour lui faire partager son trône ; qu'au reste, s'étant toujours comporté en homme de bien et de cœur, il était d'autant moins disposé à subir l'injustice ; qu'Adherbal avait traîtreusement attenté à sa vie ; qu'une fois au courant de ce projet criminel, il avait voulu en prévenir l'exécution ; que le peuple romain manquerait à la justice et à l'honneur en le mettant hors du droit des gens ; qu'enfin il enverrait sous peu une ambassade à Rome pour traiter toutes ces questions. » Sur cette réponse les deux partis se séparent. Pour Adherbal, il ne fut pas possible d'avoir un entretien avec lui.

XXIII. Dès que Jugurtha les crut hors d'Afrique, voyant que la nature du terrain l'empêcherait de prendre la place de force, il entoure ses murailles d'un fossé et d'une palissade, élève des tours qu'il garnit de corps de garde ; en outre jour et nuit il essaie la force ou la ruse, il s'efforce de gagner les défenseurs de la ville par la corruption ou par la terreur[1] ; par ses harangues il enflamme le moral de ses hommes, bref son activité veille à tout. Adherbal, se sentant réduit à la dernière extrémité, pressé par un ennemi acharné à sa perte, sans espoir de secours, et hors d'état, faute d'approvisionnements, de faire durer le siège, choisit, parmi ceux qui l'avaient suivi dans Cirta, deux des plus braves ; à force de promesses et d'appels à la pitié, il obtient d'eux qu'ils tra-

1. Proprement : « il étale aux yeux des défenseurs *(ostentare)* » ; cf. Tacite, *Ann.* 1, 24 : *Seianus ceteris periculorum praemiorumque ostentator.*

clemens erat. [2]Quorum Iugurtha accepta oratione respondit sibi neque maius quicquam neque carius auctoritate senatus esse. Ab adulescentia ita se enisum ut ab optumo quoque probaretur ; uirtute, non malitia P. Scipioni, summo uiro, placuisse ; ob easdem artis a Micipsa, non penuria liberorum, in regnum adoptatum esse. [3]Ceterum, quo plura bene atque strenue fecisset, eo animum suum iniuriam minus tolerare. [4]Adherbalem dolis uitae suae insidiatum ; quod ubi comperisset, sceleri eius obuiam isse ; populum Romanum neque recte neque pro bono facturum si ab iure gentium sese prohibuerit. Postremo de omnibus rebus legatos Romam breui missurum. [5]Ita utrique digrediuntur. Adherbalis appellandi copia non fuit.

XXIII. [1]Iugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neque propter loci naturam Cirtam armis expugnare potest, uallo atque fossa moenia circumdat, turris exstruit easque praesidiis firmat ; praeterea dies noctisque aut per uim aut dolis temptare ; defensoribus moenium praemia modo, modo formidinem ostentare ; suos hortando ad uirtutem arrigere ; prorsus intentus cuncta parare. [2]Adherbal ubi intellegit omnis suas fortunas in extremo sitas, hostem infestum, auxili spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse, ex eis qui una Cirtam profugerant duos maxume inpigros delegit ; eos multa pollicendo ac miserando casum suum

---

2 oratione : ratione *BM s* || senatus : senati *C s* || carius esse auctoritate senatus *HΓ n m e* || 3 quo : quod *PA²CQD n* || 4 prohibuerit :-rint *F n*.

XXIII. 1 modo modo : modo *BM* || arrigere *X l s e* : erigere *Y n m* || 2 fortunas suas *Y n m* || infestum : sc. sibi *Q¹* infestum sibi *A¹C¹*.

versent de nuit les ouvrages ennemis pour gagner la mer la plus proche, et de là Rome.

XXIV. Les Numides exécutent ces ordres en quelques jours. On lut dans le Sénat la lettre d'Adherbal, dont voici le sens :

« Il n'y a pas de ma faute, P. C., si je vous adresse de si fréquentes prières ; seule m'y contraint la violence de Jugurtha, qui, dans sa fureur de me perdre, n'a égard ni pour vous ni pour les dieux immortels, et veut avant tout voir couler mon sang. Voici donc le cinquième mois que moi, l'allié et l'ami du peuple romain[1] je suis tenu assiégé par ses armes ; et ni les bienfaits dont l'a comblé mon père Micipsa, ni vos décrets ne servent en ma faveur ; et je ne sais ce qui me presse plus cruellement, du fer ou de la faim. Je ne veux pas vous en écrire davantage de Jugurtha ; l'état de ma fortune m'en dissuade, et je sais par une longue expérience qu'on n'ajoute guère foi aux malheureux. Mais je sens bien qu'il vise plus haut que moi, et qu'il n'espère pas conserver en même temps mon royaume et votre amitié. Qu'est-ce qui l'emporte dans son esprit, il n'est personne qui ne le voie. Il a d'abord assassiné mon frère Hiempsal, puis il m'a chassé du trône de mes pères : j'admets que ces violences, ne visant que nous seuls, ne vous touchaient en rien. Mais maintenant le royaume qu'il occupe par les armes, c'est le vôtre ; le prince qu'il tient assiégé, c'est moi, que vous-mêmes avez placé sur le trône de Numidie ; le péril où je suis montre assez le cas qu'il fait des paroles de

1. Il est naturel qu'Adherbal, pour réclamer le secours du peuple romain, recoure aux mêmes arguments dont il s'est déjà servi ; le *socius et amicus populi Romani* se trouve déjà dans le ch. 14, 2 ; les « bienfaits dont Micipsa a comblé Jugurtha » se trouvent également rappelés dans ce même chapitre, § 9 ; de même plus loin l'affirmation que c'est l'empire romain, et non un petit royaume numide, qui se trouve attaqué (cf. ch. 14, 25 et ici, §§ 7 et 10). Mais ces répétitions ne vont pas sans quelque monotonie.

confirmat uti per hostium munitiones noctu ad proxumum mare, dein Romam pergerent.

XXIV. [1]Numidae paucis diebus iussa efficiunt. Litterae Adherbalis in senatu recitatae, quarum sententia haec fuit :

« [2]Non mea culpa saepe ad uos oratum mitto, patres conscripti, sed uis Iugurthae subigit, quem tanta lubido exstinguendi me inuasit ut neque uos neque deos inmortalis in animo habeat, sanguinem meum quam omnia malit. [3]Itaque quintum iam mensem socius et amicus populi Romani armis obsessus teneor, neque mihi Micipsae patris mei beneficia neque uostra decreta auxiliantur ; ferro an fame acrius urgear incertus sum.[4] Plura de Iugurtha scribere dehortatur me fortuna mea ; et iam antea expertus sum parum fidei miseris esse. [5]Nisi tamen intellego illum supra quam ego sum petere, neque simul amicitiam uostram et regnum meum sperare : utrum grauius existumet nemini occultum est. [6]Nam initio occidit Hiempsalem fratrem meum, deinde patrio regno me expulit. Quae sane fuerint nostrae iniuriae, nihil ad uos. [7]Verum nunc uostrum regnum armis tenet ; me, quem uos imperatorem Numidis posuistis, clausum obsidet ; legatorum uerba quanti fecerit, pericula mea decla-

---

XXIV. 1 fuit haec *TDFμ* || 2 ad uos : uos *V* || subigit : *m. secunda ex* subicit *C* uel subiit *al. man. in mg. s.s. Q* subiit *PA²* (*ex* subicit ; uel subigit *s.s.*) *M l* || me extinguendi *HΓ n e* || mallit *V* || 3 iam quintum *TDFμ* || mei *om. V* || incertus sum Ω' : uel incertum est *s.s. Q* incertum est *V P²mg.* || 4 *a* plura *usque ad* expertus sum *om. et in mg. inferiore add. P* || 5 nisi : ni *TDFμ* || 6 fratrem meum Hiempsalem *TDFμ* || deinde : dein *VMTF* || expulit Ω' : -li *V* || 7 regnum uestrum *CQDFμ* || clausum obsidet : clausum tenet atque obsidet *TDFμ*.

vos ambassadeurs. Que reste-t-il pour l'émouvoir, sinon la force de vos armes ? Pour moi, combien je voudrais que cette lettre fût sans objet, que mes premières plaintes devant le Sénat fussent sans fondement, et que je n'eusse point, pour donner créance à mes dires, le témoignage de mes malheurs ! Mais puisque je suis né pour être la preuve vivante des crimes de Jugurtha, ce n'est plus à la mort ni aux infortunes, mais seulement à la tyrannie de mon ennemi, aux tortures physiques que je vous conjure de me soustraire. Disposez à votre gré du royaume de Numidie, puisqu'il est à vous ; mais arrachez-moi à des mains parricides : je vous en conjure par la majesté de votre Empire, par les droits sacrés de l'amitié, s'il demeure encore en vous quelque souvenir de mon aïeul Masinissa. »

XXV. Après la lecture de cette lettre, certains sénateurs exprimèrent l'avis qu'on envoyât aussi tôt que possible une armée en Afrique au secours d'Adherbal ; qu'en attendant on statuât sur le châtiment que méritait Jugurtha pour n'avoir pas obéi à nos ambassadeurs. Mais les partisans ordinaires du roi déployèrent encore une fois tous leurs efforts pour empêcher un tel décret d'être rendu. C'est ainsi que l'intérêt public, comme il arrive dans la plupart des cas, fut sacrifié au crédit de quelques particuliers. On députe cependant en Afrique des personnes d'âge et de naissance, ayant rempli les plus hautes charges[1] ; de ce nombre était M. Scaurus, dont nous avons parlé plus haut, personnage consulaire et pour lors prince du Sénat. Les délégués, étant donné l'indignation soulevée par l'affaire, et sur les prières ins-

1. Il est probable que l'on commençait à se rendre compte de la gravité des événements, et que la précédente délégation des trois jeunes gens (cf. ch. 21, 4) apparaissait maintenant comme dérisoire.

rant. [8]Quid est relicuom, nisi uis uostra, quo moueri possit ? [9]Nam ego quidem uellem, et haec quae scribo, et illa quae antea in senatu questus sum, uana forent potius quam miseria mea fidem uerbis faceret. [10]Sed quoniam eo natus sum ut Iugurthae scelerum ostentui essem, non iam mortem neque aerumnas, tantummodo inimici imperium et cruciatus corporis deprecor. Regno Numidiae, quod uostrum est, uti lubet consulite ; me manibus inpiis eripite, per maiestatem imperi, per amicitiae fidem, si ulla apud uos memoria remanet aui mei Masinissae. »

XXV. [1]His litteris recitatis, fuere qui exercitum in Africam mittendum censerent, et quam primum Adherbali subueniundum ; de Iugurtha interim uti consuleretur, quoniam legatis non paruisset. [2]Sed ab eisdem illis regis fautoribus summa ope enisum ne tale decretum fieret. [3]Ita bonum publicum, uti in plerisque negotiis solet, priuata gratia deuictum. [4]Legantur tamen in Africam maiores natu nobiles, amplis honoribus usi ; in quis fuit M. Scaurus, de quo supra memorauimus, consularis et tum senatus princeps. [5]Ei, quod res in inuidia

---

Test. XXIV. 9 nam... faceret SERV. *Aen. 1,392.*

8 uestra uis *V* || quo moueri *HT*D^1*F*μ : quo mouere *N* commoueri *V* a quo moueri A^1*M l s m e* qua moueri A^2*CBQ n* a qua moueri *P*, D^2 || 9 scripsi *V* || 10 ut : et V^1 || cruciatum *V* || deprecor : sc. auerti a me *s.s. A* sc. ut euadam *s.s. H* deprecor ut euadam Γ *(eras. T)* euadere *s.s. m*, *e* euadere deprecor *l* || manibus *VPBQ l s* : ex manibus *ACY n m e*.

XXV. 1 africa *P l* || 2 illis : *om. M l* || enisum $P^1A^1Q^1N^1$ *l s m* : enisum est P^2A^2*BC*Q^2*H*Γ *(praeter M)* N^2 nisum est *M n* nisum *e* || 3 deuictum : est *s.s. AQ* d. est *HTDF*μ || 4 usi : *ex* uti *n om. H*Γ *m e*, *s.s. al. man. HTF m* ; uel usi *s.s. D sec. m.* || senatus *P*A^1 Γ *e s* : in senatu A^2Σ *l m n*, D^2 *s.s.* || 5 in inuidia : in *om. BH*.

tantes des Numides, s'embarquèrent dès le troisième jour, puis ayant bientôt abordé à Utique[1], ils écrivent à Jugurtha qu'il ait à se rendre en toute diligence dans la province, que c'est le Sénat qui les envoie. A la nouvelle que des hommes illustres dont l'autorité, lui avait-on dit, était toute-puissante à Rome, étaient venus pour s'opposer à ses desseins, il fut d'abord bouleversé, partagé qu'il était entre la peur et la convoitise. Il craignait, en désobéissant aux délégués, la colère du Sénat ; d'autre part, la passion qui l'aveuglait l'entraînait à consommer son crime. Pourtant dans ce cœur ambitieux ce fut le mauvais parti qui triompha. Disposant donc son armée tout autour de Cirta, il lance toutes ses forces à l'assaut de la place, espérant bien qu'en obligeant ses adversaires à diviser leurs troupes, il trouverait par force ou par ruse une occasion de s'assurer la victoire. N'ayant pu réussir dans sa tentative, ni exécuter son projet de s'emparer d'Adherbal avant de rejoindre les députés, de peur qu'un plus long délai n'indisposât Scaurus qu'il redoutait par-dessus tous, il se rendit dans la province avec quelques cavaliers. Là, malgré les graves sanctions dont ils le menaçaient au nom du Sénat pour son refus de lever le siège, les délégués, après avoir épuisé leur éloquence, se retirèrent sans avoir rien obtenu.

XXVI. Quand on en eut appris la nouvelle à Cirta, les Italiens, dont le courage assurait la défense de la place, convaincus que, si l'on capitulait, la grandeur du

1. Ville situé sur la Méditerranée, au nord-ouest de Carthage, à gauche de l'embouchure du Bagradas. Munie d'un bon port, et capitale d'une région fertile, ç'avait été la première colonie fondée par les Tyriens en Afrique. Devenue vassale de Carthage, elle se déclara pour les Romains au cours de la troisième guerre punique, et fut choisie comme la capitale de la province romaine d'Afrique. Elle est restée célèbre dans l'histoire par le suicide de Caton le Jeune.

erat, simul et ab Numidis obsecrati, triduo nauim ascendere ; dein breui Vticam adpulsi litteras ad Iugurtham mittunt quam ocissume ad prouinciam adcedat, seque ad eum ab senatu missos. [6]Ille ubi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romae pollere audiuerat, contra inceptum suum uenisse, primo commotus, metu atque lubidine diuorsus agitabatur. [7]Timebat iram senatus, ni paruisset legatis ; porro animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebatur. [8]Vicit tamen in auido ingenio prauom consilium. [9]Igitur exercitu circumdato, summa ui Cirtam inrumpere nititur, maxume sperans diducta manu hostium aut ui aut dolis sese casum uictoriae inuenturum. [10]Quod ubi secus procedit neque quod intenderat efficere potest ut prius quam legatos conueniret Adherbalis potiretur, ne amplius morando Scaurum, quem plurumum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in prouinciam uenit. [11]Ac tametsi senati uerbis graues minae nuntiabantur, quod ab oppugnatione non desisteret, multa tamen oratione consumpta legati frustra discessere.

XXVI. [1]Ea postquam Cirtae audita sunt, Italici, quorum uirtute moenia defensabantur, confisi deditione

---

Test. XXV. **10** ut... potiretur Non. *498,29* ; Arvs. *VII 498,4* ; Serv. *Aen. 3,278* priusquam... potiretur Prisc. *III 334,4.*

simul et : et *exp.* *A om.* *C* || ab *PBQ* : a *cett.* || nauem P^1ACN^1M *l s n* : nauim *cett.* || seque : *ex* sed *A* que *s.s.* *m*, *om.* *M* || **6** primo : primum *MTD* || diuersus : -sis *MFμ* || **7** rapiebat P^1N *l s* : rapiebatur *cett.* || **8** in auido : in *del.* *m*, *om.* Γ || **9** diducta N^1TDFμ *s n m*, *e corr.* : deducta *HM* ducta *X l* conducta N^2, *e* || **10** poteretur *Arus.* || **11** senati *PACN e* : senatui *l* senatus *cett.* || graues minae : *ex* grauissimae *P* || legati frustra : legati *s.s.* *AC* frustra legati *Q.*

XXVI. **1** italici : ex itali *T* itali *HMDFμ s.*

nom romain les ferait respecter[1], conseillent à Adherbal de rendre sa personne et la place à Jugurtha, en stipulant seulement qu'il aurait la vie sauve ; quant au reste le Sénat y aviserait. Le roi pensait bien que tout valait mieux que de rien remettre à la bonne foi de Jugurtha ; mais comme les Italiens étaient, s'il refusait, en mesure de le contraindre, il suit leur conseil et capitule. Jugurtha commence par faire périr Adherbal par la torture, puis il massacre indistinctement tous les adultes, Numides ou négociants romains, qu'on avait trouvés porteurs d'armes[2].

XXVII. Quand ces faits furent connus à Rome, et que l'affaire fut mise en discussion devant le Sénat, toujours les mêmes créatures du roi, à force d'entraver les débats et de traîner les choses en longueur soit par le jeu de leur influence, parfois par leurs chicanes, essayaient d'atténuer l'horreur du forfait. Et si C. Memmius, tribun de la plèbe désigné, homme énergique et ennemi déclaré des privilèges de la noblesse, n'eût instruit le peuple Romain que cette cabale était montée par quelques factieux afin d'assurer à Jugurtha le pardon de son crime, il n'est pas douteux qu'à force de prolonger les délibérations l'indignation eût fini par s'évanouir : tant l'influence et l'argent du roi avaient de pouvoir. Mais le Sénat, conscient de sa faute, redoutait l'indignation populaire ; en vertu de la loi Sempronia, les provinces de Numidie et d'Italie furent attribuées aux futurs

1. Sur ce respect que provoque le nom romain, on connaît le développement de Cicéron dans les *Verrines*, II, 5, 65 à propos du supplice de Gaius par Verrès : *homines tenues, obscuro loco nati, nauigant, adeunt ad ea loca, quae numquam antea uiderunt, ubi neque noti esse iis quo uenerunt... possunt. Hac una tamen fiducia ciuitatis... quocumque uenerint, hanc sibi rem praesidio sperant futurum.*

2. Certains lisent *armatis* : « qui s'étaient trouvés sur le passage des soldats ».

facta propter magnitudinem populi Romani inuiolatos sese fore, Adherbali suadent uti seque et oppidum Iugurthae tradat, tantum ab eo uitam paciscatur : de ceteris senatui curae fore. [2]At ille, tametsi omnia potiora fide Iugurthae rebatur, tamen quia penes eosdem, si aduorsaretur, cogendi potestas erat, ita uti censuerant Italici deditionem facit. [3]Iugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat ; dein omnis puberes Numidas et negotiatores promiscue, uti quisque armatus obuius fuerat, interficit.

XXVII. [1]Quod postquam Romae cognitum est et res in senatu agitari coepta, idem illi ministri regis interpellando ac saepe gratia, interdum iurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. [2]Ac ni C. Memmius, tribunus plebis designatus, uir acer et infestus potentiae nobilitatis, populum Romanum edocuisset id agi ut per paucos factiosos Iugurthae scelus condonaretur, profecto omnis inuidia prolatandis consultationibus dilapsa foret : tanta uis gratiae atque pecuniae regis erat. [3]Sed ubi senatus delicti conscientia populum timet, lege Sempronia prouinciae futuris consulibus Numidia atque Italia decretae ; [4]consules declarati P. Scipio Nasica, L. Bestia

---

Test. XXVI. 1 tantum... paciscatur Arvs. *VII 498,9* || 3 *cf. LIII, 4.*

XXVII. 2 ut... condonaretur Arvs. *VII 461,3.*

curae fore : *ex* curae esse *M* curae esse *TDFμ* curae foret *N* || 2 fide : *ex* fidei *M* fidei *AC m* || facit *XΔ* : fecit *Y* || 3 armatus *PA²CB l n* : armatis *A¹*, *cett.* || interficit *X l s n* : interfecit *Y m e.*

XXVII. 1 coepta : sc. est *s.s. CQ* uel coepit *s.s. Q* coepit *MT² N n* || leniebant : laniebant *B*, *ex* liniebant *D* liniebant *HM* || 2 per paucos factiosos *om. Arus.* || 3 decretae : sc. sunt *s.s. CQ* sunt *s.s. m* decretae sunt *MFμ* || 4 consules : que *s.s. m* consulesque *M.*

consuls ; furent désignés pour cette charge P. Scipion Nasica, et L. Bestia ; à Calpurnius échut la Numidie, à Scipion l'Italie[1]. On lève ensuite une armée destinée à l'Afrique ; on vote les crédits pour la solde et pour tout le matériel de guerre.

XXVIII. A cette nouvelle qui ruinait ses espérances, car il était intimement convaincu que tout était vénal à Rome, Jugurtha délègue auprès du Sénat son fils et deux de ses confidents, avec ordre, comme il l'avait fait après le meurtre de Hiempsal, d'essayer sur tout le monde la puissance de son argent. Comme ils approchaient de Rome, Calpurnius demanda au Sénat s'il était d'avis de recevoir les envoyés de Jugurtha dans les murs de la ville : le Sénat décréta que, s'ils ne venaient pas pour remettre le royaume et le roi à la discrétion du peuple romain, ils eussent à quitter l'Italie dans les dix jours. Le consul fait notifier aux Numides cette décision du Sénat ; et ils s'en retournent chez eux sur cet échec. Cependant Calpurnius, dont l'armée était prête, choisit pour ses lieutenants des hommes nobles, influents, sur le crédit desquels il espérait pouvoir s'appuyer pour couvrir ses malversations ; de ce nombre était Scaurus, dont nous avons rappelé plus haut le caractère et la conduite. Car notre consul possédait nombre de qualités

1. « Par cette loi, portée en 631 (123 av. J.-C.), C. Gracchus avait établi que, avant la réunion des comices consulaires, le sénat désignerait les provinces qui seraient confiées aux consuls. Cette désignation une fois faite, ces magistrats tiraient au sort ou, s'ils le préféraient, choisissaient de gré à gré la province où ils devaient aller. » (LALLIER.) Les élections désignèrent les consuls de l'année 111. P. Scipion Nasica, un allié des Metelli, était le fils du meurtrier de Tibérius Gracchus ; il mourut pendant son consulat et ne fut pas remplacé. L. Calpurnius Bestia, tribun de la plèbe en 633 (121 av. J.-C.), un « renégat des Gracques » (J. Carcopino), était passé au parti noble, et avait rappelé d'exil P. Popilius, banni par C. Gracchus.

Calpurnius ; Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obuenit. [5]Deinde exercitus qui in Africam portaretur scribitur ; stipendium aliaque quae bello usui forent decernuntur.

XXVIII. [1]At Iugurtha, contra spem nuntio accepto, quippe cui Romae omnia uenire in animo haeserat, filium et cum eo duos familiaris ad senatum legatos mittit eisque, uti illis quos Hiempsale interfecto miserat, praecipit omnis mortalis pecunia adgrediantur. [2]Qui postquam Romam aduentabant, senatus a Bestia consultus est placeretne legatos Iugurthae recipi moenibus ; eique decreuere, nisi regnum ipsumque deditum uenissent, uti in diebus proxumis decem Italia decederent. [3]Consul Numidis ex senatus decreto nuntiari iubet ; ita infectis rebus illi domum discedunt. [4]Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobilis, factiosos, quorum auctoritate quae deliquisset munita fore sperabat ; in quis fuit Scaurus, cuius de natura et habitu supra memorauimus. [5]Nam in consule nostro

---

Test. XXVIII. 5 in consule... insidias Fronto *109 N. (162 H.).*

l. bestia calpurnius *CBQ*, *YΔ* (l. calpurnius bestia *N s*) l. bestia *PM*^{1}*D l* (calpurnius *s.s. M*, *corr. D*^{2} *ante* bestia) Calpurnius L. baestiae *A* Calpurnius L. bestia c. (L. bestia c. *eras.*) *C* bestia c., calpurnius *B* L. calpurnius bestia *N s* || 5 aliaque quae : uel alia quaeque *s.s. C* alia quaeque *P e* atque alia quae (?) *B* || forent : florent *P*.

XXVIII. 1 uenire *PA*^{1}*NΓ l e* : uenalia *Q* (sc. esse i.e. uendi uel uenum ire *s.s.*) uenum ire *A*^{2}*CBH m n s* || haeserat : inhaeserat *A*^{2} *(cum* in *s.s.) CB* || praecipit *X s* : praecepit *cett.* || omnes mortales : ut omnes mortales *T* omnes mortales ut *Q* omnes ut mortales *HMDFμ* || *ab* pecunia *usque ad XXXI,12* rempublicam *lac. in M quam expleuit man. rec. saec. XIII* || 2 italia : -liae *P l* || 3 senatus : senati *Dietsch* || illi infectis rebus ita domum reuersi sunt *TDFμ* || 4 auctoritate *CQΓ (praeter D)*, *A*^{2}*B*^{2}*N*^{2}*H*^{2}*D*^{2} *e*^{2} : auctoritas *PAB NHD l m n e*, *Q s.s.*

physiques et morales, mais toutes étouffées par l'amour de l'argent : dur à la fatigue, d'esprit pénétrant, ne manquant pas de prévoyance, assez versé dans l'art de la guerre, d'une fermeté à toute épreuve devant les périls ou les haines[1]. Nos légions ayant gagné Regium[2] par terre, s'embarquèrent pour la Sicile, et de là passèrent en Afrique. Calpurnius, après avoir assuré ses approvisionnements, commença par fondre vigoureusement sur la Numidie ; il fit de nombreux prisonniers et prit quelques villes d'assaut.

XXIX. Mais, sitôt que Jugurtha eut entrepris par des émissaires de le corrompre à prix d'argent, et de lui démontrer la difficulté de la guerre dont il avait la charge, le consul, dont le cœur était rongé par l'avarice, changea vite de sentiments. Il prend comme complice et comme agent de tous ses projets Scaurus ; ce Scaurus qui au début, bien que presque tous les gens de son parti se fussent laissé gagner, s'était déclaré l'adversaire acharné du roi, mais qui, devant les sommes énormes qu'on lui offrait, avait abandonné pour la voie du mal la voie du bien et de l'honneur. Jugurtha tout d'abord ne voulait acheter qu'une suspension d'armes, dans la pensée qu'entre temps son argent ou l'influence de ses amis feraient avancer ses affaires à Rome ; mais quand il sut que Scaurus était dans l'affaire, ne doutant plus d'obtenir la paix, il résolut d'aller débattre sur place avec eux toutes les conditions. Cependant, pour mettre le roi en confiance, le consul envoie son questeur Sextius dans la place de Jugurtha, Vaga[3] ; le prétexte de cette

---

1. Certains manuscrits portent au lieu de *inuidias* la leçon *insidias* qu'ont adoptée nombre d'éditeurs. C'est pourtant la leçon la plus facile et la plus banale aussi.
2. Aujourd'hui Reggio de Calabre, en face de Messine.
3. Cf. la note du ch. 47.

multae bonaeque artes <et> animi et corporis erant, quas omnis auaritia praepediebat: patiens laborum, acri ingenio, satis prouidens, belli haud ignarus, firmissumus contra pericula et inuidias. [6]Sed legiones per Italiam Regium atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transuectae. [7]Igitur Calpurnius, initio paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est, multosque mortalis et urbis aliquot pugnando cepit.

XXIX. [1]Sed ubi Iugurtha per legatos pecunia temptare, bellique quod administrabat asperitatem ostendere coepit, animus aeger auaritia facile conuorsus est. [2]Ceterum socius et administer omnium consiliorum adsumitur Scaurus ; qui, tametsi a principio, plerisque ex factione eius conruptis, acerrume regem inpugnauerat, tamen magnitudine pecuniae a bono honestoque in prauom abstractus est. [3]Sed Iugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans sese aliquid interim Romae pretio aut gratia effecturum. Postea uero quam participem negoti Scaurum accepit, in maxumam spem adductus recuperandae pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus praesens agere. [4]Ceterum interea fidei causa mittitur a consule Sextius quaestor in oppidum Iugurthae

---

5 artes et animi *Fronto* : artes animi Ω' || inuidias *PANlm Fronto (Hauler)* : insidias *cett., Fronto (Naber)* || 6 regium' : hegium *A²C²Bn* hegeum *Q* || per italiae regnum *D* (uel liam, regium i.e. ciuitas *s.s.* || transuectae : sc. sunt *s.s. CQ* sunt *s.s.* *e* transuectae sunt *TDFμ* || 7 aliquot : *ex* aliquod *AN* aliquod *P, ut uid.*

XXIX. 2 in prauum : *ex* in paruum *B* || 3 primum *X (praeter A) n l* : primo *A¹Y s m e* || sese : se *Γ m e* || quam : quem *M n* || accepit : acceperat *HMTDFμ, m e* || adductus spem *TDFμ* || cum eis : *ex* cum eus *Q* cum eo *A¹* (cum eis *s.s.*) *e* || 4 sextius : uel sexius *s.s. D* sexius *m* setus *e* sext**s *l.* ||

mission était la livraison[1] du blé que Calpurnius avait exigé publiquement des agents de Jugurtha ; car en attendant la reddition, les hostilités étaient suspendues. Ainsi donc le roi, comme il l'avait résolu, vint dans notre camp, et après avoir dit quelques mots en présence du conseil[2] pour se disculper, et faire accepter sa soumission, il traita secrètement de tout le reste avec Bestia et Scaurus ; puis, le lendemain, après avoir fait voter sur les articles en bloc et sans discussion[3], on accepte la soumission. Mais suivant l'ordre donné en présence du conseil, trente éléphants, du bétail, un grand nombre de chevaux sont remis au questeur, ainsi qu'une petite somme d'argent. Calpurnius part pour Rome où il devait présider les élections. Dans la Numidie comme dans notre armée, on vivait sur le pied de paix.

XXX. Lorsque la renommée eut fait connaître à Rome les affaires d'Afrique et la façon dont elles avaient été menées, en tous lieux, dans tous les groupes il n'était question que de la conduite du consul. La plèbe était indignée ; les sénateurs, inquiets. Approuveraient-ils une telle honte ou casseraient-ils le décret du consul ? Ils hésitaient. C'était surtout le crédit de Scaurus, qui passait pour être l'instigateur et le complice de Bestia, qui les détournait du devoir et de la vérité. Cependant

---

1. Le texte dit la « réception », *acceptio*. L'emploi de ce terme au sens propre et en parlant d'un objet concret, et non seulement d'une opinion que l'on admet, est assez rare, mais non sans exemple ; on le trouve chez Cicéron lui-même, *Top.* 37 : *(Mancinum) deditum non esse, quoniam non sit recèptus ; nam neque deditionem neque donationem sine acceptione intellegi posse.*

2. *consilio* : le conseil de guerre qui comprenait les officiers de l'armée, légats, tribuns, centurions primipiles, et les personnages de rang sénatorial, cf. ch. 62, 4 et 104, 1.

3. *Satura (lanx)* désignait une sorte de ragoût où toute sorte de viandes étaient mélangées ; par extension une loi formée de divers articles adoptés en bloc, cf. *Festus*, p. 416, 12 Lindsay.

Vagam ; cuius rei species erat acceptio frumenti quod Calpurnius palam legatis imperauerat, quoniam deditionis mora indutiae agitabantur. [5]Igitur rex, uti constituerat, in castra uenit ac pauca praesenti consilio locutus de inuidia facti sui atque uti in deditionem acciperetur, relicua cum Bestia et Scauro secreta transigit ; dein postero die, quasi per saturam sententiis exquisitis in deditionem accipitur. [6]Sed, uti pro consilio imperatum erat, elephanti triginta, pecus atque equi multi cum paruo argenti pondere quaestori traduntur. [7]Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. In Numidia et exercitu nostro pax agitabatur.

XXX. [1]Postquam res in Africa gestas quoque modo actae forent fama diuolgauit, Romae per omnis locos et conuentus de facto consulis agitari. Apud plebem grauis inuidia ; patres solliciti erant. Probarentne tantum flagitium an decretum consulis subuorterent parum constabat ; [2]ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiae ferebatur, a uero bonoque impediebat.

Test. XXIX. 5 dein(de)... accipitur Festvs *314,34 L.* ; Diom. *I 486,15.*

XXX. 2 potentia Scauri eos... impediebat Arvs. *VII 486,7 (breuitati consulens).*

uagam *ANHD s m e* : c *s.s. ANH* cc *s.s. D* uacam *C* (c *s.s.*) uaccam *P, cett.* || 5 locutus consilio *TDFμ* || secreta : *ex* secreto *A* secreto *M n* || transigit : transegit *N²HΓ s n e* || dein : deinde *Diom.* || postero : postera *P¹ n* uel a *s.s. Q* || postero die *om. Diom.* || saturam (saty-, sati-) *XNH e m* : sc. legem *s.s. ACBQ* per legem satiram *n* per Scaurum *N²Γ l s e²* (saturam sc. legem *s.s. D* scaurum *sup. ras. F l*) || 6 paruo : non *al. manu s.s. B²N²D²μ²* magno *M* || magistratos rogandus *P¹* || 7 et exercitu : et *mg. P, s.s. e* et in exercitu *n* || agitabatur : *ex* agebatur *C* agebatur *A¹* (uel agitabatur *s.s.*).

XXX. 1 africa : *ex* africam *C* africam *A* || 2 Scauri cos. *Arus.* || quod... ferebatur *om. Arus.*

C. Memmius, dont nous avons dit plus haut l'indépendance de caractère et la haine des privilèges de la noblesse[1], pendant les hésitations et les lenteurs du Sénat, ne cessait, dans les assemblées, d'exhorter le peuple à la vengeance, lui conseillant de ne pas déserter la cause de la république, de la liberté, lui étalant toutes les insolences et toutes les cruautés de la noblesse ; en un mot ne négligeant rien de ce qui pouvait enflammer la plèbe. Comme, à cette époque, l'éloquence de Memmius eut de l'éclat et de l'influence à Rome, j'ai cru bon de transcrire un de ses nombreux discours, et je rapporterai de préférence celui qu'il prononça dans l'assemblée populaire, après le retour de Bestia. En voici à peu près les termes :

XXXI. « Bien des raisons me déconseillent de prendre vos intérêts, citoyens, si mon amour de la république ne l'emportait sur toute autre considération : la puissance du parti noble, votre passivité, l'injustice triomphante, et surtout le fait que la vertu est plus en péril qu'en honneur. Car j'ai regret de vous rappeler le passé, de vous dire à quel point, dans ces quinze dernières années, vous avez été le jouet d'une oligarchie orgueilleuse, comment ont péri vos défenseurs, indignement et sans vengeance, comment votre âme s'est laissé corrompre par l'inaction et la lâcheté, vous qui, même en ces jours où vos adversaires sont à votre merci, ne songez pas à vous redresser, et qui continuez à craindre ceux dont

---

1. Cf. ch. 27, 2. C. Memmius fut successivement tribun de la plèbe (643-111 av. J.-C.), puis préteur (650-104). Accusé de concussion, il fut acquitté, malgré le témoignage défavorable de M. Scaurus. Il mourut en 654-100, assassiné par l'ordre du tribun Saturninus, au moment où il briguait le consulat en concurrence avec Glaucia. Il était, au dire de Cicéron, *Brutus*, 36, 136, un orateur médiocre, mais un accusateur redoutable.

[3]At C. Memmius, cuius de libertate ingeni et odio potentiae nobilitatis supra diximus, inter dubitationem et moras senatus, contionibus populum ad uindicandum hortari ; monere ne rem publicam, ne libertatem suam desererent ; multa superba et crudelia facinora nobilitatis ostendere : prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat. [4]Sed, quoniam ea tempestate Romae Memmi facundia clara pollensque fuit, decere existumaui unam ex tam multis orationem perscribere, ac potissumum ea dicam quae in contione post reditum Bestiae huiuscemodi uerbis disseruit :

XXXI. « [1]Multa me dehortantur a uobis, Quirites, ni studium rei publicae omnia superet : opes factionis, uostra patientia, ius nullum, ac maxume quod innocentiae plus periculi quam honoris est. [2]Nam illa quidem piget dicere his annis quindecim quam ludibrio fueritis superbiae paucorum, quam foede quamque inulti perierint uostri defensores ; ut uobis animus ab ignauia atque socordia corruptus sit, [3]qui ne nunc quidem obnoxiis inimicis exsurgitis atque etiam nunc timetis eos quibus

---

Test. 3 inter dubitationem ARVS. *VII 482,2.*

XXXI. 2 ab ignauia... corruptus ARVS. *VII 460,10.*

3 monere (mouere *B*) populum romanum ne libertatem *X* (*praeter* A^1) *l s n* : monere r. p. ne libertatem A^1 monere ne r. p. ne libertatem *N m* (p. r. *post* monere *s.s. alia manu* N^2) monere populum romanum ne r. p. ne libertatem *Y e* || superba et : et *s.s. D, om. Fμ* superba atque *T* || accendebat : incendebat PM^1 || 4 multis : sc. orationibus *s.s. CQ* multis eius orationibus Γ *m* multis orationibus eius *N* || ea... quae $A^1NHDF\mu$ Σ : eam... quae PB^1Q eam... quam A^2CB^2MT.

XXXI. 2 quamque : quam A^1 *m* || inulti : multi *BMD n* inuiti *V* || 3 obnoxiis *VX n* : obnoxii** *N l m* obnoxii Γ *s e* obnixii *H*.

vous devriez être la terreur. Mais les choses ont beau être telles, mon cœur me porte à battre en brèche la puissance de ce parti. Pour moi, en tout cas, j'userai de la liberté que mon père m'a transmise ; que ce soit avec succès ou non, la chose est entre vos mains, citoyens. Et du reste je ne prétends pas vous exhorter, comme l'ont souvent fait vos ancêtres, à marcher contre l'injustice les armes à la main : nul besoin de force, nul besoin de sécession : ce sont eux-mêmes qui fourniront les moyens de précipiter leur ruine. Après l'assassinat de Ti. Gracchus qu'ils accusaient d'aspirer à la royauté, des poursuites furent exercées contre la plèbe de Rome ; après le meurtre de C. Gracchus et de M. Fulvius, beaucoup d'hommes de votre ordre furent de même égorgés en prison. A l'un comme à l'autre de ces massacres, ce n'est pas la loi, mais leur bon plaisir qui a mis fin. Mais soit : c'était aspirer à la royauté que de restituer la plèbe dans ses droits ; tenons pour légitime toute vengeance qui ne peut s'exercer que dans le sang des citoyens. Ces dernières années, vous étiez secrètement indignés de voir le trésor public mis au pillage, les rois et les peuples libres tributaires de quelques nobles, aux mains des mêmes hommes tous les honneurs et toutes les richesses ; et pourtant il ne leur a pas suffi d'avoir impunément pu commettre tous ces crimes ; aussi ont-ils fini par livrer aux ennemis les lois, la majesté de votre nom, tous les droits des dieux et des hommes. Et les auteurs de ces excès n'ont ni honte, ni repentir ; ils défilent[1] insolemment devant vos yeux, étalant leurs sacerdoces et leurs consulats, quelques-uns même leurs triomphes ; comme s'ils avaient ces charges à titre d'hon-

---

1. Cf. LUCRÈCE, l. 3, v. 75 et s :

.........ante oculos illum esse potentem,
Illum aspectari, claro qui incedit honore...

decet terrori esse. [4]Sed quamquam haec talia sunt, tamen obuiam ire factionis potentiae animus subigit. [5]Certe ego libertatem, quae mihi a parente meo tradita est, experiar; uerum id frustra an ob rem faciam, in uostra manu situm est, Quirites. [6]Neque ego uos hortor, quod saepe maiores uostri fecere, uti contra iniurias armati eatis. Nihil ui, nihil secessione opus est : necesse est suomet ipsi more praecipites eant. [7]Occiso Ti. Graccho, quem regnum parare aiebant, in plebem Romanam quaestiones habitae sunt. Post C. Gracchi et M. Fului caedem, item uostri ordinis multi mortales in carcere necati sunt ; utriusque cladis non lex, uerum lubido eorum finem fecit. [8]Sed sane fuerit regni paratio plebi sua restituere ; quicquid sine sanguine ciuium ulcisci nequitur, iure factum sit. [9]Superioribus annis taciti indignabamini aerarium expilari, reges et populos liberos paucis nobilibus uectigal pendere, penes eosdem et summam gloriam et maxumas diuitias esse ; tamen haec talia facinora inpune suscepisse parum habuere; itaque postremo leges, maiestas uostra, diuina et humana omnia hostibus tradita sunt. [10]Neque eos qui ea fecere pudet aut paenitet, sed incedunt per ora uostra magnifici, sacerdotia et consulatus, pars triumphos suos ostentantes, proinde quasi ea

---

Test. 10 sed incedunt...magnifici SERV. *Aen. 1,46.*

4 talia haec *TDFμ* || sunt : sint *HΓ s n e* || ire obuiam *BTDFμ* || potentiae factionis *V*P^2 *n* || 5 certe : certo A^1 ceterum *D* || est quirites : estq. *V* || 6 uos ego *DFμ* || uostri : nostri *BHF m* || suomet : suimet A^2*Σ n* || 7 c. gracchi : c. *om. TDFμ* || uestri ordinis multi mortales : multi uestri ordinis *DFμ* (*om.* mortales) || 8 nequitur : nequit $B^2D^2s^2$*MTFμ* || 9 indignabamini : indignabimini *PA* || expilari : *ex* expilauit *A* expoliari *n* || hostibus omnia *TDFμ* || 10 magnifici : uel magnifice *s.s. Q* magnifice A^2*HTFμ s n* || proinde *V*$P^1A^1N^1$ *m e* : perinde *cett.*

neur, et non de butin. Des esclaves, acquis à prix d'argent, ne tolèrent pas une injuste domination de leurs maîtres ; vous citoyens, vous nés pour commander au monde, vous souffrez tranquillement l'esclavage[1] ?

Mais quels sont ces hommes qui se sont emparés de la République ? Des gens couverts de crimes, aux mains sanglantes, d'une cupidité sans bornes, se faisant orgueil de leurs forfaits, pour qui loyauté, honneur, piété, bref tout ce qui est vertu ou vice est une occasion de profits. Ils fondent leur sécurité, les uns sur le meurtre de vos tribuns, les autres, sur leurs poursuites contraires au droit, presque tous, sur le carnage qu'ils ont fait du peuple. Aussi, plus ils sont coupables, plus ils sont à l'abri ; la crainte que devraient leur inspirer leurs crimes, c'est à vous qu'ils l'inspirent, par votre lâcheté. La conformité de leurs désirs, de leurs haines, de leurs craintes les a fondus en un seul bloc. Cette union qui serait amitié entre gens de bien, n'est que complicité entre scélérats. Si vous aviez autant souci de la liberté qu'ils ont de rage pour la domination, la république ne serait pas livrée au pillage, comme elle l'est, et vos bienfaits iraient aux meilleurs, non aux plus effrontés. Vos ancêtres, pour conquérir leurs droits et pour établir la dignité de leur ordre, par deux fois se sont retirés en armes pour occuper l'Aventin[2] ; et vous, vous ne ferez pas les derniers efforts pour défendre cette liberté qu'ils vous ont léguée ? Mais si, et avec d'autant plus d'ardeur,

---

1. Peut-être réminiscence d'un discours de CATON, *in Q. Minucium Thermum de falsis pugnis* : « *Serui iniurias nimis aegre ferunt ; quid illos bono genere natos, magna uirtute praeditos opinamini animi habuisse atque habituros, dum uiuerent* ?

2. Allusion aux deux premières « sécessions » l'une en 260-494 sur le mont Sacré, l'autre en 305-419 sur l'Aventin.

honori, non praedae habeant. [11]Serui aere parati iniusta imperia dominorum non perferunt ; uos, Quirites, in imperio nati, aequo animo seruitutem toleratis ?

[12]At qui sunt ei qui rem publicam occupauere ? Homines sceleratissumi, cruentis manibus, immani auaritia, nocentissumi et idem superbissumi, quibus fides, decus, pietas, postremo honesta atque inhonesta omnia quaestui sunt. [13]Pars eorum occidisse tribunos plebis, alii quaestiones iniustas, plerique caedem in uos fecisse pro munimento habent. [14]Ita, quam quisque pessume fecit, tam maxume tutus est ; metum ab scelere suo ad ignauiam uostram transtulere, quos omnis eadem cupere, eadem odisse, eadem metuere in unum coegit. [15]Sed haec inter bonos amicitia, inter malos factio est. [16]Quod si tam uos libertatis curam haberetis quam illi ad dominationem accensi sunt, profecto neque res publica sicuti nunc uastaretur, et beneficia uostra penes optumos, non audacissumos, forent. [17]Maiores uostri, parandi iuris et maiestatis constituendae gratia, bis per secessionem armati Auentinum occupauere ; uos pro libertate quam ab illis accepistis, nonne summa ope nitemini, atque eo

---

Test. 14 ita... tutus est Serv. *Aen. 7,787* quos... coegit Don. *Ter. Hec. 170* || 15 inter bonos... factio Non. *304,23.*

honori non praedae : honores non praedas *V*, *mg. P ut uid.* || 11 serui aere parati : serui ** reparati *P* (ae *eras.*) seruire parati *A*¹ (al. serui aere parati i.e. comparati *in mg.*) || imperia iniusta *NDFμ* || quirites *om. V* || 12 rem publicam : rem *P*¹ || et idem *VPCB l s n* : idemque *cett.* || 13 tribunos plebis : TR. PL. *A*¹ *QD* p. l. *N*¹ rem p. *M* || 14 ita : itaque *V* || ab *VP* : a *cett.* || transtulere uestram *TDFμ m* || omnis eadem cupere *om. Don.* || eadem cupere : idem cupere *VP*²*l* || odisse et eadem *Don.* || 15 factio : fastio *V* || 16 tam uos : tantam uos *QM* uos tantam *T*¹*D*¹ *Fμ* (uel tam *s.s. TD*) || curam libertatis *V n* || profectione que *V* || 17 auentinum : sc. montem *s.s. C*² auentinum montem *QHT n.*

qu'il y a plus de déshonneur à perdre ce que l'on possède, qu'à ne l'avoir jamais possédé[1]. On me dira : « Que proposes-tu donc ? De sévir contre ceux qui ont livré la République à l'ennemi ? » Mais non par la force et la violence — un tel châtiment, s'il est digne de leur crime, est indigne de vous[2] — mais après une enquête en règle, et sur la dénonciation de Jugurtha lui-même. Si sa capitulation est sincère, il ne manquera pas d'obéir à vos ordres ; s'il les méprise, vous jugerez quelle est cette paix et cette prétendue soumission qui aura procuré à Jugurtha l'impunité de ses crimes, à quelques grands personnages d'immenses richesses, à la République, la ruine et la honte. Mais peut-être n'êtes-vous pas encore las de leur tyrannie, et peut-être regrettez-vous les temps où les royaumes, les provinces, les lois, les droits, la justice, la guerre et la paix, bref toutes les choses divines et humaines étaient aux mains de quelques hommes, tandis que vous, vous peuple romain, ce peuple invincible et maître de toute la terre, vous vous contentiez de conserver la vie ; car pour ce qui est de la servitude, lequel d'entre vous osait s'y refuser[3] ? Quant à moi, quoique à mes yeux la suprême honte pour un homme de cœur soit de recevoir un affront sans le punir, je souffrirais aisément qu'en raison de leur qua-

---

1. On peut rapprocher la phrase de THUCYDIDE 2, 62, 3 : τῶν πατέρων μὴ χείρους φανῆναι, οἳ... παρέδοσαν ἡμῖν αὐτά, αἴσχιον δ'ἔχοντας ἀφαιρεθῆναι ἢ κτωμένους ἀτυχῆσαι.

2. Autre aspect de la pensée prêtée à César, *Catil.*. ch. 51, 6 : *magis quid se dignum foret quam quid in illos iure fieri posset quaerebant.*

3. On retrouve ici les accusations ordinaires lancées par les défenseurs de la plèbe contre le Sénat et le parti des optimates. Le ton ne diffère guère de celui des discours de Catilina (*Catil.*, ch. 20) de Marius (*Iug.*, ch. 85), de Lépide et de Macer; et les mêmes expressions se répètent ici et là.

uehementius quo maius dedecus est parta amittere quam omnino non parauisse ?

[18]Dicet aliquis : « Quid igitur censes ? Vindicandum in eos qui hosti prodidere rem publicam ? Non manu neque ui, quod magis uos fecisse quam illis accidisse indignum est, uerum quaestionibus et indicio ipsius Iugurthae. [19]Qui si deditícius est, profecto iussis uostris oboediens erit ; sin ea contemnit, scilicet existumabitis qualis illa pax aut deditio sit, ex qua ad Iugurtham scelerum inpunitas, ad paucos potentis maxumae diuitiae, ad rem publicam damna atque dedecora peruenerint. [20]Nisi forte nondum etiam uos dominationis eorum satietas tenet, et illa quam haec tempora magis placent, cum regna, prouinciae, leges, iura, iudicia, bella atque paces, postremo diuina et humana omnia penes paucos erant, uos autem, hoc est populus Romanus, inuicti ab hostibus, imperatores omnium gentium, satis habebatis animam retinere ; nam seruitutem quidem quis uostrum recusare audebat ?

[21]Atque ego, tametsi uiro flagitiosissumum existumo impune iniuriam accepisse, tamen uos hominibus scele-

---

Test. 19 iussis... erit ARVS. *VII 496,26* || 20 iudicia... paces BEDA *VII 283,16* || bella atque paces (exercebant *Cled.*) CLEDON. *V 42,25* ; POMPEIUS *V 176,21* paces SERV. *IV 432,21* || uos... Romanus SERV. *Aen. 1,46* imperatores omnium gentium ARVS. *VII 481,20.*

quo maius : *ex* quo magis *F* quo magis *PC*D^1μ *m e* quod magis *n* || amittere : omittere N^2 *TDF*μ *m e* || 18 dicet : dicit *F*μ *e* || censes : *ex* censet *PA* || uos : uobis *V*A^1 || 19 dediticius : *ex* deditius *B*M^1 D^2 dedicius *C* D^1 *l m* de Iugurtha dicius *n* || uostris : nostris *B*Γ *m* || contemnet *V* || ad rem p. A^2*VX l* : in rem p. A^1, *cett.* (at in remp. *n*) || atque *om.* *MF* || 20 audebat recusare *TDF*μ || 21 uiro *VPM*F^1μ̄ : s *s.s.* F^2 uiros A^1N^1 *s* uirum A^2N^2, *cett.* || flagitiosissimum *VP*A^2N^2 : flagitiosum *HM* flagitiosissimo *F* (s *s.s.*) *m* flagitiosissimos A^1N^1*s* || existimo : aestimo *QTD* || iniuriam inpune *TDF*μ || ni : nisi *AQ NHTD m e.*

lité de citoyens vous fissiez grâce à ces criminels, si cette compassion ne devait pas aboutir à votre perte. Car eux, avec leur impudence ordinaire, ils ne se contenteront pas de l'impunité pour le passé, si on ne leur enlève pas la liberté de mal faire pour l'avenir ; et vous vivrez dans une éternelle inquiétude, quand vous vous apercevrez qu'il vous faut ou accepter la servitude, ou défendre votre liberté par les armes. Quelle espérance pouvez-vous avoir d'entente loyale et d'union entre eux et vous ? Ils veulent dominer ; vous voulez être libres ; commettre l'injustice, vous l'empêcher ; enfin ils traitent nos alliés en ennemis, et nos ennemis en alliés. Dans une telle opposition de sentiments y a-t-il place pour la paix et l'amitié ? Aussi je vous en avertis, je vous y exhorte, ne laissez pas impuni un aussi grand attentat. Il ne s'agit ni de dilapidation des deniers publics, ni d'argent extorqué par la force aux alliés[1] — ces crimes, si graves soient-ils, sont devenus si communs qu'ils ne comptent plus ; au plus acharné de nos ennemis on a livré l'autorité du Sénat, livré la majesté de votre Empire ; dans Rome comme aux armées, la République a été vendue. Si l'on n'informe sur ces faits, si l'on ne punit les coupables, que nous restera-t-il que de vivre asservis aux auteurs de ces crimes ? Car n'est-ce pas être un tyran que de faire impunément tout ce que l'on veut ? Ce n'est pas, citoyens, que je vous exhorte à vouloir, en des hommes qui sont vos concitoyens, trouver des coupables plutôt que des innocents ; mais n'allez pas, en épargnant les criminels, perdre les honnêtes gens. Mieux vaut dans la vie politique laisser un bienfait sans récompense

1. Même mouvement que dans le discours de Caton, *Catil.*, 52, 6, de même que plus haut, § 21, le *ni misericordia in perniciem casura esset* rappelle le *ne ista uobis mansuetudo et misericordia... in miseriam conuortat* (52, 27).

ratissumis ignoscere, quoniam ciues sunt, aequo animo paterer ni misericordia in perniciem casura esset. [22]Nam et illis, quantum inportunitatis habent, parum est inpune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripitur, et uobis aeterna sollicitudo remanebit, cum intellegetis aut seruiundum esse aut per manus libertatem retinendam. [23]Nam fidei quidem aut concordiae quae spes est? Dominari illi uolunt, uos liberi esse; facere illi iniurias, uos prohibere; postremo sociis nostris ueluti hostibus, hostibus pro sociis utuntur. [24]Potestne in tam diuorsis mentibus pax aut amicitia esse?

[25]Quare moneo hortorque uos ne tantum scelus inpunitum omittatis. Non peculatus aerari factus est neque per uim sociis ereptae pecuniae. Quae quamquam grauia sunt, tamen consuetudine iam pro nihilo habentur. Hosti acerrumo prodita senatus auctoritas, proditum imperium uostrum est: domi militiaeque res publica uenalis fuit. [26]Quae nisi quaesita erunt, nisi uindicatum in noxios, quid erit relicuom, nisi ut illis qui ea fecere oboedientes uiuamus? Nam inpune quae lubet facere, id est regem esse.

[27]Neque ego uos, Quirites, hortor ut malitis ciuis uostros perperam quam recte fecisse, sed ne ignoscundo malis bonos perditum eatis. [28]Ad hoc in re publica multo praes-

---

Test. 26 nisi... noxios Diom. *I 365,2.*

22 quantum : qui tantum A^2F || aeterna *AQY (praeter D) s m e* : l *s.s.* *A* i.e. dupla *s.s.* *Q* i.e. alternus timor *s.s.* *AQ* alterna *VPC BD l n* || intellegetis : -gitis A^1D || 23 hostibus *bis* P^1CQ *n* T^2 : *semel cett.* || 25 amittatis *V* || sunt : sint $QM^2DF\mu$ *m* || consuetudine tamen (*om.* iam) $TDF\mu$ || est *PAK l n m* : *om. cett.* || 26 uindicatum : uindicantur *V* uindicatum fuerit *Diom.* || 27 ut malitis : iam *inter* ut *et* malitis *exp.* *A* *s.s.* *m* ut iam malitis *QM*.

qu'un méfait sans punition : la vertu mal récompensée n'en devient qu'un peu plus paresseuse ; la méchanceté, elle, en devient plus audacieuse[1]. J'ajoute que, s'il n'y avait pas d'injustices, on aurait rarement besoin de recourir à l'aide tribunitienne[2]. »

XXXII. A force de tenir de semblables discours, Memmius persuade au peuple d'envoyer auprès de Jugurtha le préteur L. Cassius[3], avec mandat de le ramener à Rome avec un sauf-conduit, afin que la déposition du roi permît de découvrir plus aisément les fautes de Scaurus et de ses complices, que Memmius voulait poursuivre pour prévarication. Tandis que ceci se passe à Rome, les officiers que Bestia avait laissés en Numidie pour commander les troupes, suivant l'exemple de leur général, ne cessaient de commettre les abus les plus scandaleux. Quelques-uns, gagnés à prix d'argent, rendaient au roi ses éléphants ; d'autres lui vendaient les transfuges ; certains pillaient les pays avec lesquels nous n'étions pas en guerre : c'était comme une épidémie de cupidité qui avait envahi les âmes. Cependant, la proposition de C. Memmius fut adoptée à la grande consternation de la noblesse : le préteur Cassius se rend auprès de Jugurtha, et profitant de la crainte et du découragement où le jetait la conscience de ses crimes, il lui persuade, puisqu'il s'était rendu au peuple Romain,

---

1. Tite-Live prête aux consuls M. Génucius et C. Curtius, en lutte contre le tribun Canuleius, une opinion exactement contraire : « dans un État, disent-ils, ce que l'on récompense est toujours ce qui prend le plus de développement ; ainsi les vertus civiles, ainsi le courage militaire » (T.-L., 4, 2, 2).

2. Malgré Burnouf, je ne crois pas que le mot *auxilii* doive se prendre au sens général ; opposé à *iniuriae*, « la violation du droit », il doit désigner le recours aux tribuns, seule défense de la plèbe.

3. L. Cassius Longinus, consul en 107 ; sur sa mort, cf. CÉSAR, *B.G.*, 1, 7, 12.

tat benefici quam malefici inmemorem esse. Bonus tantummodo segnior fit, ubi neglegas ; at malus inprobior. [29]Ad hoc si iniuriae non sint, haud saepe auxili egeas. »

XXXII. [1]Haec atque alia huiuscemodi saepe *d*icendo, Memmius populo persuadet uti L. Cassius, qui tum praetor erat, ad Iugurtham mitteretur eumque interposita fide publica Romam duceret, quo facilius indicio regis Scauri et relicuorum, quos pecuniae captae arcessebat, delicta patefierent. [2]Dum haec Romae geruntur, qui in Numidia relicti a Bestia exercitui praeerant, secuti morem imperatoris sui, pluruma et flagitiosissuma facinora fecere. [3]Fuere qui auro conrupti elephantos Iugurthae traderent ; alii perfugas uender*e* ; pars ex pacatis praedas agebant : [4]tanta uis auaritiae [in] animos eorum ueluti tabes inuaserat.

[5]At Cassius praetor, perlata rogatione a C. Memmio ac perculsa omni nobilitate, ad Iugurtham proficiscitur ; eique timido et ex conscientia diffidenti rebus suis persuadet, quoniam se populo Romano dedisset, ne uim

---

Test. XXXII. 5 ne... mallet DON. *Ter. Hec.* 766 *bis.*

28 beneficii quam maleficii immemorem esse : in *sup.* memorem *script. KTF, ante* memorem *eras. N* beneficii quam maleficii memorem esse *XY* (esse memorem *Q* ; memorem *ex* memores *C* memoriam *M*) Δ beneficii memorem esse quam maleficii *VP*[2].

XXXII. 1 dicendo *s m, edd. plerique* : indicendo *cett.* inducendo (= proferendo) *uel* disserundo *P. Thomas* || *post* in *aliquid videtur excidisse velut* 'contionibus' *Ahlberg* || captae : acceptae *TDF*μ || arcessebat *A*[1]*D* : uel accer. *s.s. D* accersere *P* ; n *al. manu s.s. A*[2] accersebant *CQ n* || 3 uendere *Kortte* : uenderent Ω' || agebant : agebat *PH*[1] agerent *l* || 4 animos : in animos Ω' *praeter P*[2] (in *eras.*, animos *ex* animo) *N*[2]*M*[2]*F*[2], *n* ; *sed nusquam ap. Sall.* inuadere *cum* in *inuenitur* || 5 cassius praetor perlata Γ *m e* : cassus P. R. *(uel* p. r. *etc.)* perlata *PACQNK l n* cassius perlata *B* (*ras. post* Cassius) || cassius praetor p. r. perlata *H s* || quoniam *PA*[1] *l* : quo *cett.*

de s'en remettre à sa clémence plutôt que de vouloir éprouver sa force. En outre il lui promet personnellement sa sauvegarde, assurance qui, aux yeux de Jugurtha, ne valait pas moins que la garantie de l'État : tant était grande alors la réputation de Cassius.

XXXIII. Jugurtha donc, contrairement à la dignité royale, suivit Cassius à Rome dans la tenue la plus misérable[1]. Il avait en lui-même assez d'énergie pour se défendre ; néanmoins sur les encouragements de tous ceux dont l'influence ou la scélératesse lui avait permis d'accomplir tout ce que nous avons relaté, il achète à force d'argent le tribun de la plèbe C. Baebius, dont l'impudence, croyait-il, le protégerait contre toute violence, légale ou illégale : cependant C. Memmius convoque l'assemblée ; et malgré l'hostilité de la plèbe contre le roi, les uns voulant qu'on le menât en prison, les autres demandant, s'il refusait de dénoncer ses complices, qu'on le mît au supplice comme ennemi public suivant l'usage des ancêtres, le tribun, sans écouter la voix de la colère, et soucieux avant tout de la dignité Romaine, apaise le tumulte, calme les esprits, proteste enfin que pour sa part il ne laisserait pas violer la parole donnée par Rome. Puis, quand on eut fait silence, ayant introduit Jugurtha[2], il prend la parole, rappelle la conduite du prince à Rome et en Numidie ; il expose les crimes qu'il a commis sur son père et ses frères : bien que le peuple Romain sache, ajoute-t-il, avec quels concours et quels aides il a pu commettre ces forfaits, il veut néanmoins en tenir de lui la preuve manifeste ; s'il dit toute

1. C'était la tenue de tous les accusés, fussent-ils même des rois. Cf. *Auct. de bello Alex.*, 67 : *Deiotarus... depositis regiis insignibus, neque tantum priuato uestitu, sed etiam reorum habitu supplex ad Caesarem uenit.*

2. En vertu du droit des tribuns de faire comparaître devant l'assemblée celui qu'ils voulaient interroger.

quam misericordiam eius experiri mallet. Priuatim praeterea fidem suam interponit, quam ille non minoris quam publicam ducebat : talis ea tempestate fama de Cassio erat.

XXXIII. [1]Igitur Iugurtha contra decus regium cultu quam maxume miserabili cum Cassio Romam uenit. [2]Ac tametsi in ipso magna uis animi erat, confirmatus ab omnibus quorum potentia aut scelere cuncta ea gesserat quae supra diximus, C. Baebium tribunum plebis magna mercede parat, cuius inpudentia contra ius et iniurias omnis munitus foret. [3]At C. Memmius, aduocata contione, quamquam regi infesta plebes erat et pars in uincula duci iubebat, pars, nisi socios sceleris sui aperiret, more maiorum de hoste supplicium sumi, dignitati quam irae magis consulens, sedare motus et animos eorum mollire, postremo confirmare fidem publicam per sese inuiolatam fore. [4]Post, ubi silentium coepit, producto Iugurtha uerba facit, Romae Numidiaeque facinora eius memorat, scelera in patrem fratresque ostendit. Quibus iuuantibus quibusque ministris ea egerit quamquam intellegat populus Romanus, tamen uelle manifesta magis ex illo habere. Si uerum aperiat, in fide

---

Test. XXXIII. 1 cultu... uenit Serv., *G. 1,3.*

ne : nam *Don. 2* || uim quam : umquam *PN*, Γ *(praeter D)* || quam : magis quam *Don. 1* || misericordiam : beniuolentiam *Don. 1* || eius : *s.s. TD, om. N* || mallem *Don. 1.*

XXXIII. 1 cum cassio *om. Seru.* || 2 animi erat : erat *om. D* erat animi *Q Fμ* || diximus : narrauimus *TD* memorauimus *Fμ* || 3 plebes : plebs *A²H*Γ *l n e* || iubebat : debebat *P¹* || nisi : ni *A NHMFμ e* || sedare : *ex* sedari *P* || 4 patrem fratresque : fratres patremque *B* patrem fratris *l* || uerum : uera *Y (praeter K) m e* || aperiat : aperiet *AQ¹* aperiret *Y (praeter K) m.*

la vérité, il a tout à espérer de la loyauté et de la clémence du peuple Romain ; si au contraire il se tait, il devra renoncer à tout espoir pour lui-même, sans pour cela sauver ses complices.

XXXIV. Dès que Memmius eut fini de parler, Jugurtha fut invité à lui répondre ; mais le tribun de la plèbe, C. Baebius, que le roi avait acheté, comme nous l'avons dit plus haut, ordonne à l'accusé de se taire, et malgré la fureur de la foule présente à l'assemblée qui voulait l'effrayer par ses clameurs, ses regards, même par ses gestes menaçants, et toutes les autres manifestations où se complaît la colère, ce fut l'impudence qui l'emporta. Le peuple ainsi berné quitte l'assemblée ; Jugurtha, Bestia, et tous les autres que ces poursuites inquiétaient fort, sentent leur audace renaître.

XXXV. Il y avait alors à Rome un Numide nommé Massiva, fils de Gulussa, petit-fils de Masinissa, qui, ayant pris parti contre Jugurtha dans la querelle des rois, avait dû, après la reddition de Cirta et le meurtre d'Adherbal, s'enfuir et s'exiler de sa patrie. Sp. Albinus, qui, l'année après Bestia, exerçait le consulat avec Q. Minucius Rufus[1], lui persuade, puisqu'il descend de Masinissa, et que d'autre part les crimes de Jugurtha en ont fait pour tous un objet de haine et de crainte, de demander au Sénat le royaume de Numidie. Dans son désir de faire la guerre, il préférait mettre tout en œuvre plutôt que de laisser les choses languir dans l'inaction : c'est à lui en effet qu'avait échu la province de Numidie, la Macédoine revenant à Minucius[2]. Dès que Massiva eut commencé ses démarches, Jugurtha sentant lui échapper le concours de ses amis, retenus, les uns par le

---

1. Ces événements se passent donc en l'an 644 de Rome (110 av. J.-C.).

2. Cf. Tite-Live, *Epit.* 65, et Florus, l. 3, ch. 4.

et clementia populi Romani magnam spem illi sitam; sin reticeat, non sociis saluti fore, sed se suasque spes conrupturum.

XXXIV. [1]Deinde ubi Memmius dicundi finem fecit et Iugurtha respondere iussus est, C. Baebius, tribunus plebis, quem pecunia conruptum supra diximus, regem tacere iubet; ac tametsi multitudo quae in contione aderat uehementer accensa terrebat eum clamore, uoltu, saepe inpetu atque aliis omnibus quae ira fieri amat, uicit tamen inpudentia. [2]Ita populus ludibrio habitus ex contione discedit, Iugurthae Bestiaeque et ceteris quos illa quaestio exagitabat animi augescunt.

XXXV. [1]Erat ea tempestate Romae Numida quidam nomine Massiua, Gulussae filius, Masinissae nepos, qui, quia in dissensione regum Iugurthae aduorsus fuerat, dedita Cirta et Adherbale interfecto profugus ex patria abierat. [2]Huic Sp. Albinus, qui proxumo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissae sit Iugurthamque ob scelera inuidia cum metu urgeat, regnum Numidiae ab senatu petat. [3]Auidus consul belli gerundi mouere quam senescere omnia malebat. Ipsi prouincia Numidia, Minucio Macedonia euenerat.

[4]Quae postquam Massiua agitare coepit, neque Iugurthae in amicis satis praesidi est, quod eorum alium cons-

---

Test. XXXIV. 1 uulgus amat fieri QVINTIL. *I. O. 9,3,17.*

saluti : *ex* salute *P.*

XXXIV. 1 aderat : adherat *PA*[1]*C.*

XXXV. 1 erat ea tempestate : *ex* ea tempestate erat *T* ea tempestate erat *M m* ea erat tempestate *e* || interfecto : interempto *T m* || patria *P* : africa *cett.* || 2 gerebat : uel regebat *s.s. AQ* rege bat *CB n* || urgeat : urgebat *Γ.*

4 alii succedere (succen- B^1 *ut uid.*, *C*) ac murum *XKD l s n* : alii euadere ut succedere uel muros ascendere ac murum *D* alii euadere uel succedere uel murum ascendere ac murum *TFμ* alii euadere succedere (n *s.s.*) ac murum *N* alii (aut *M*) euadere ac(aut *e*) murum *HM*F^2 *m e* || 5 proximos : proximis *P*A^2*CB*K^1 (o *s.s.*) *l* || taeda : *ex* taedam *ut uid.* *PA* uel taedam *s.s.* D^2 taedam *QN m* || ardentia *P*A^1*NH*D^1 *l n c* : a *eras.* D^2 ardenti A^2*QK* l s ardentem *m*.

LVIII. 1 irrumpit : irrupit *QM m* || 2 metu : timore *DFμ* (timore repentino *F*) || 3 missa : *ex* emissa *C ut uid.*, emissa *n* || frustrari *PA CB*H^1*T m* : uel ti *s.s.* A^2 uel frustrati sunt *s.s.* C^2 frustrati *QNKH MDFμ l s n e* frustrabantur *Schol. Stat.* || sin *X l* : si *Y s n m e*.

qu'ils montraient tout leur courage, s'acharnant à les massacrer, à les culbuter, et à les mettre en déroute. Métellus en était au plus fort de l'action, quand il entendit par derrière les clameurs de l'ennemi ; tournant bride aussitôt, il s'aperçut que les fuyards[1] se dirigeaient vers lui ; à cet indice, il reconnut les siens. Il envoie donc en hâte vers le camp toute sa cavalerie[2], puis aussitôt après C. Marius avec les cohortes des alliés, et le conjure avec des larmes au nom de leur amitié et de la République, de ne pas laisser entacher l'honneur d'une armée victorieuse, et l'ennemi s'échapper impunément. Marius exécute promptement sa mission. Jugurtha, embarrassé dans nos retranchements, où ses hommes étaient précipités par-dessus la palissade, ou bien, dans leur hâte à fuir se gênaient mutuellement dans les boyaux, battit en retraite, non sans lourdes pertes, sur de fortes positions. La nuit approchant, Métellus ramène son armée au camp, sans avoir terminé l'affaire.

LIX. Aussi le lendemain, avant de sortir pour reprendre l'assaut, Métellus fait masser toute sa cavalerie devant le camp, du côté où l'on attendait le roi ; il répartit entre les tribuns la garde des portes et des environs, puis il marche contre la ville, et comme la veille, il attaque le rempart. Cependant Jugurtha, sortant de sa cachette, fond brusquement sur les nôtres ; les plus avancés, dans leur premier effroi, sont mis en désordre ; les autres

---

1. Proprement ; que « la fuite se faisait dans sa direction ». Le passif *fugam fieri* correspond au *fugam faciunt* du ch. 53,3. L'expression *fugam facere* signifie le plus souvent « mettre en fuite », mais l'emploi au sens de « s'enfuir » n'est pas sans exemple ; cf. Tite-Live, 8, 9, 12. Par une substitution, fréquente dans la langue poétique, de *dare* à *facere*, Virgile dira de même, *En.* 12, 367 :

Qua uenti incubuere, fugam dant nubila caelo.

2. C'était évidemment la partie de ses troupes qui lui était le moins utile pour le siège.

propius accessissent, ibi uero uirtutem ostendere et eos maxuma ui caedere, fundere atque fugare. [4]Interim Metellus, cum acerrume rem gereret, clamorem hostilem a tergo accepit, dein conuorso equo animaduortit fugam ad se uorsum fieri ; quae res indicabat popularis esse. [5]Igitur equitatum omnem ad castra propere misit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum, eumque lacrumans per amicitiam perque rem publicam obsecrat ne quam contumeliam remanere in exercitu uictore neue hostis inultos abire sinat. [6]Ille breui mandata efficit. At Iugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii super uallum praecipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes officerent, multis amissis in loca munita sese recepit. [7]Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu reuortitur.

LIX. [1]Igitur postero die, prius quam ad oppugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte qua regis aduentus erat pro castris agitare iubet ; portas et proxuma loca tribunis dispertit ; deinde ipse pergit ad oppidum, atque uti superiore die murum aggreditur. [2]Interim Iugurtha ex occulto repente nostros inuadit. Qui in proxumo locati fuerant, paulisper territi pertur-

---

Test. 5 ne quam contumeliam DON. *Ter. Eu.* 771.

4 clamorem hostilem *DFμ* : clamorem [uel tumultum hostilem *s.s.*] *M* clamorem uel *(eras. K)* tumultum hostilem *PACBNKHTΔ (in ras. al. manu m)* clamorem et tumultum hostilem *Q* || 5 uictore : *ex* uictoriae *Fμ* uel uictoriae *s.s. ACQD* uictoriae *HT l* || neue : ne uel *s m e* || 6 efficit : effecit *NKM s m* conficit *Q*¹ || recepit : recipit *Hn.*

LIX. 1 deinde : dein *QM* || 2 repente nostros : repente *om. M* nostros repente *F* || paulisper territi : *ex* paulis perterriti *PA ut uid.* paulisper perterriti *T² l²m* paulisper conterriti *KH* || perturbantur : perturbabantur *M l* turbabantur *Fμ.*

viennent vite à la rescousse. Les Numides n'auraient pu résister plus longtemps, sans les grandes pertes que nous infligèrent les fantassins mêlés aux cavaliers[1]; soutenus par eux, ces derniers, au lieu de charger pour se replier ensuite, comme c'est l'habitude dans les combats de cavalerie, poussaient leurs chevaux toujours en avant, jetaient le désordre et le trouble dans nos rangs, et, par cette tactique, ils livraient à leur infanterie légère des adversaires à demi vaincus.

LX. Dans le même temps le combat était acharné devant Zama. Les efforts se portaient surtout sur les points commandés par les lieutenants et les tribuns ; chacun comptait plus sur soi que sur les autres ; les assiégés montraient une même vigueur ; de tous côtés, ce n'étaient qu'attaques et contre-attaques ; les deux partis cherchaient plus à se porter des coups qu'à s'en garantir ; partout des clameurs où se mêlaient les exhortations, les cris de joie, les gémissements ; le cliquetis des armes montait jusqu'au ciel ; les traits volaient de part et d'autre. Cependant les défenseurs de la ville, dès que l'ennemi leur donnait un peu de répit, regardaient anxieusement le combat de cavalerie qui se déroulait au loin ; on remarquait leur joie ou leur inquiétude, suivant que l'affaire tournait bien ou mal pour Jugurtha ; et comme si les leurs pouvaient les entendre ou les voir, ils leur prodiguaient les conseils, les encouragements, leur faisaient signe de la main, se penchaient en avant, s'agitaient en tous sens, comme pour éviter ou pour lancer des traits. Quand Marius s'en aperçut — c'était lui qui commandait de ce côté — il fit, à dessein, ralentir l'attaque, feignant de désespérer du succès, et laissa les Numides regarder paisiblement le combat de leur

1. Les Numides emploient donc de la même façon que les Romains les *vélites*, dont il a été question plus haut, ch. 46, 7.

bantur, relicui cito subueniunt. [3]Neque diutius Numidae resistere quiuissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congressu facerent. Quibus illi freti, non, uti equestri proelio solet, sequi, dein cedere, sed aduorsis equis concurrere, inplicare ac perturbare aciem; ita expeditis peditibus suis hostis paene uictos dare.

LX. [1]Eodem tempore apud Zamam magna ui certabatur. Vbi quisque legatus aut tribunus curabat, eo acerrume niti, neque alius in alio magis quam in sese spem habere ; pariterque oppidani agere : oppugnare aut parare omnibus locis ; auidius alteri alteros sauciare quam semet tegere. [2]Clamor permixtus hortatione, laetitia, gemitu, item strepitus armorum ad caelum ferri ; tela utrimque uolare. [3]Sed illi qui moenia defensabant, ubi hostes paulum modo pugnam remiserant, intenti proelium equestre prospectabant. [4]Eos, uti quaeque Iugurthae res erant, laetos modo, modo pauidos animaduorteres ; ac, sicuti audiri a suis aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus et ea huc et illuc quasi uitabundi aut iacientes tela agitare. [5]Quod ubi Mario cognitum est — nam is in ea parte curabat — consulto lenius agere ac diffidentiam rei simulare ; pati Numidas sine tumultu regis proelium

---

Test. LX. 1 eodem tempore SERV. *Aen. 10,833* || auidius... tegere DON. *Ter. Pho. 964.*

3 aduersis equis *corr. uel s.s.* Q^2KT *l* : aduersis equi P^2 aduersi sequi *cett.*

LX. 1 sese XK^2T *s n* : se *cett.* || 3 paulum : *in ras. l ex* paululum *m, om. D* paululum *NT* || 4 eos : eosque *MF* || quaeque : *ex* quoque *A om. M* || res Iugurthae Γ *l n m e* || alii *semel m* || aut niti *XK* H^2T *l s* : aut *in mg.* A^2, *om. Y (praeter T) n e* || et ea : ea *del. m, om.* *DF*μ et ea *om. M* || huc et illuc : huc illuc m^1 (et *s.s.*) huc illucque *n* || iacentes : *ex* iacentes *A* iacentes *M*.

roi. Puis quand il les voit absorbés par l'intérêt qu'ils portent aux leurs, il entreprend vigoureusement l'assaut ; déjà ses soldats, escaladant la muraille[1], avaient presque pris pied sur le sommet, quand les assiégés accourent, lançant des pierres, du feu, et toute sorte de traits. Les nôtres commencent par résister ; mais, quelques échelles s'étant rompues, ceux qui étaient dessus furent jetés à bas ; les autres se sauvèrent du mieux qu'ils purent, bien peu sains et saufs, et la plupart couverts de blessures. Enfin la nuit mit de part et d'autre fin au combat.

LXI. Voyant qu'il est tenu en échec, et qu'il ne peut prendre la ville, que Jugurtha ne livre bataille que par surprise et sur son terrain, que d'autre part l'été était déjà passé, Métellus abandonne Zama, et met garnison dans les villes qui s'étaient rendues à lui et qui par leur situation ou leurs remparts étaient en état de se défendre. Quant au reste de l'armée, il lui donne ses quartiers d'hiver dans la partie de la Province limitrophe de la Numidie. Du reste, il ne consacre pas ce temps, comme tant d'autres, au repos et à la mollesse ; mais comme la guerre n'avançait point par les armes, il résolut d'y substituer la ruse, et d'employer contre le roi la perfidie de ses amis. Bomilcar, qui avait accompagné Jugurtha à Rome, et qui, malgré les cautions fournies s'était soustrait aux poursuites concernant le meurtre de Massiva[2], lui parut plus que tout autre propre à trahir le roi, puisqu'il était plus que tout autre son ami. Il l'attaque donc

1. *egressi* est en quelque sorte le participe passé de *escendere*, et *scalis* un ablatif instrumental. Sur l'emploi de *egredi*, cf. ch. 93, 2 *ad summum montis egressus est*.

2. Sur ces événements, cf. plus haut, ch. 35, 4 et s. En réalité, ce n'était pas Bomilcar, mais Jugurtha qui avait fourni les cautions ; et c'était Jugurtha aussi qui avait donné à Bomilcar l'ordre de quitter Rome pour maintenir ses sujets dans la fidélité.

uisere. [6]Ita illis studio suorum adstrictis, repente magna ui murum aggreditur ; et iam scalis egressi milites prope summa ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia praeterea tela ingerunt. [7]Nostri primo resistere ; deinde, ubi unae atque alterae scalae conminutae, qui supersteterant adflicti sunt ; ceteri quoquo modo potuere, pauci integri, magna pars uolneribus confecti, abeunt. [8]Denique utrimque proelium nox diremit.

LXI. [1]Metellus, postquam uidet frustra inceptum, neque oppidum capi neque Iugurtham nisi ex insidiis aut suo loco pugnam facere, et iam aestatem exactam esse, ab Zama discedit, et in is urbibus quae ad se defecerant satisque munitae loco aut moenibus erant, praesidia inponit ; [2]ceterum exercitum in prouinciam quae proxuma est Numidiae hiemandi gratia conlocat. [3]Neque id tempus, ex aliorum more, quieti aut luxuriae concedit ; sed, quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere et eorum perfidia pro armis uti parat. [4]Igitur Bomilcarem, qui Romae cum Iugurtha fuerat et inde uadibus datis clam de Massiuae nece iudicium fugerat, quod ei per maxumam ami-

---

Test. 7 postquam... comminutae sunt CLAVD. DONAT. *Aen.* *2,442.*

LXI. 1 ab Zama... defecerant ARVS. *VII 485,23*

6 egressi : aggressi *NK n e* || cum : tum *MT s e* || 7 ubi : postquam *Claud. Donat.* || conminutae sunt *Claud. Donat.* || quoquo modo : quoq. modo *l* quomodo *KM n* || confecti uulneribus *HΓ n m e* || abeunt : *ex* eunt *P* abierant *K* || denique *X (praeter Q) l* : deinde *Q Y s n m* dein *e.*

LXI. 1 nisi $M^2A^2K^2H^2$ *l* : ni Fμ niti $PA^1NK^1H^1TD\Gamma$ *m e* niti nisi Σ *s n* et *post* discedit *om. Arus.* || is *A* : iis *P* his *C Q D n Arus.* || ad $P^2N^2\Gamma$ *(praeter D) e* ; *Arus.* : ab *cett.* || 4 clam : *om. P, s.s. A, in mg. n* || de massiuae nece *XNK m* : massiuae de nece *s n e* de *om.* H^1 *(s.s.* H^2*)*Γ *(in mg. T) n l*

à force de promesses ; et il réussit tout d'abord à avoir avec lui un entretien secret ; puis lui ayant juré que, s'il lui livrait Jugurtha mort ou vif, le Sénat lui accorderait l'impunité et la libre possession de tous ses biens, il n'a pas de peine à persuader le Numide qui, outre sa perfidie naturelle, craignait qu'en cas de paix avec les Romains, sa reddition et sa mise à mort n'en fussent une des conditions[1].

LXII. Saisissant la première occasion favorable, Bomilcar va trouver Jugurtha. Le roi était inquiet et déplorait sa mauvaise fortune. Il lui conseille et le conjure en pleurant « de songer enfin à sa sûreté, à celle de ses enfants, à celle du peuple Numide qui l'a toujours si bien servi : dans tous les combats ils ont été vaincus, leur territoire, ravagé ; beaucoup d'hommes sont captifs, tués ; les ressources du royaume, anéanties ; la valeur des soldats et la fortune des armes ont été maintenant assez mises à l'épreuve ; qu'il prenne garde, en temporisant, que les Numides ne pourvoient eux-mêmes à leur sauvegarde ». Par des propos de cette sorte il décide le roi à se rendre. On envoie au général romain des ambassadeurs déclarer que Jugurtha exécuterait ses ordres, et qu'il remettait sans condition[2] sa personne et son royaume à sa merci. Métellus fait venir sans délai de leurs quartiers d'hiver tous les membres de l'ordre sénatorial qui servaient sous ses ordres ; il leur adjoint les personnes qu'il jugeait compétentes, pour former son conseil de guerre. C'est ainsi que suivant la coutume

---

1. Proprement : « lui-même, suivant les conditions du traité, ne fût livré au supplice ». Sur l'emploi de *per*, cf. *Catil.* 51, 36 : *per senatus decretum* ; et plus loin, 64, 3 *per negotia publica.*

2. Précédemment Jugurtha avait demandé la vie sauve pour lui et ses enfants ; cf. 46, 2 et 47, 3.

citiam maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus aggreditur; [5]ac primo efficit uti ad se conloquendi gratia occultus ueniat; deinde fide data, si Iugurtham uiuom aut necatum sibi tradidisset, fore ut illi senatus inpunitatem et sua omnia concederet, facile Numidae persuadet, cum ingenio infido, tum metuenti ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per condiciones ad supplicium traderetur.

LXII. [1]Is, ubi primum opportunum fuit, Iugurtham anxium ac miserantem fortunas suas accedit. Monet atque lacrumans obtestatur uti aliquando sibi liberisque et genti Numidarum optume meritae prouideat: omnibus proeliis sese uictos, agrum uastatum, multos mortalis captos, occisos, regni opes conminutas esse; satis saepe iam et uirtutem militum et fortunam temptatam; caueat ne illo cunctante Numidae sibi consulant [2]His atque talibus aliis ad deditionem regis animum inpellit. [3]Mittuntur ad imperatorem legati qui Iugurtham imperata facturum dicerent ac sine ulla pactione sese regnumque suum in illius fidem tradere. [4]Metellus propere cunctos senatorii ordinis ex hibernis accersi iubet; eorum et aliorum quos idoneos ducebat consilium

---

Test. 5 persuadet Arvs. *VII 507,24.*

5 ne si *B* (ne *s.s.*) *NK²s m* : nisi *PA¹K¹T²D²* (uel nisi *sec. manu s.s.*) *l* si *A²CQT¹DFμ e*, *om. M n.*

LXII. accedit : accendit *B² l* accepit *A¹* || liberisque et genti : liberis et genti *A¹* (*corr. A²*) liberisque gentique *Q* liberisque suis genti *M* || meritae *XK l s* : merenti *Y* (*praeter K*) *n m e* || prouideat : *ex* ita prouideat *TD m* ita prouideat *M²Fμ* || iam et uirtutem : et iam et uirtutem *TDμ e* et iam uirtutem *F* iam *om. e* || 3 tradere *X l s n* : *ex* traderet *P¹ ul uid.*, traderet *Y m e* || 4 accersi *PBY* (*praeter N*) *Σ* : accersiri *ACQNT²F²* || et : atque *Γ n m e.*

des ancêtres, et par décision du conseil, il enjoint à Jugurtha par ses députés d'avoir à livrer deux cent mille livres pesant d'argent, tous ses élephants, et une certaine quantité d'armes et de chevaux. Ces conditions une fois exécutées sans délai, il ordonne qu'on lui amène enchaînés tous les transfuges. La plupart d'entre eux furent livrés, conformément à l'ordre ; un petit nombre, dès que les pourparlers de capitulation avaient commencé, s'étaient réfugiés en Mauritanie auprès du roi Bocchus. Dépouillé de ses armes, de ses hommes, de son argent, quand il se vit appelé lui-même à Tisidium[1] pour y recevoir les ordres du consul, Jugurtha encore une fois changea de sentiments, et sa mauvaise conscience lui fit craindre le juste châtiment de ses crimes. Enfin, au bout de longs jours d'hésitation pendant lesquels tantôt l'amertume de la défaite lui faisait juger tout préférable à la guerre, tantôt la réflexion lui faisait apparaître quelle lourde chute c'était que de tomber du trône dans l'esclavage, après avoir inutilement abandonné tant de puissantes ressources, il se résolut à reprendre la guerre. A Rome, d'autre part, le Sénat, consulté sur le partage des provinces, avait attribué à Métellus la Numidie.

LXIII. Vers la même époque, il se trouva que Marius étant à Utique offrit un sacrifice aux dieux ; à cette occasion l'aruspice lui annonça que « les entrailles des victimes lui presageaient une destinée aussi grande que surprenante ; qu'il pouvait, fort de l'appui des dieux, entreprendre ce qu'il projetait ; tenter la fortune aussi souvent qu'il le voudrait ; tout ne manquerait pas de lui réussir. » Or depuis longtemps déjà Marius brûlait

1. Thisidium ou Thisiduum dans des documents postérieurs, aujourd'hui Krich el Oued, à 7 kilomètres au nord-est de Medjez et de Bab. (GSELL, p. 200).

habet. [5]Ita more maiorum ex consili decreto per legatos Iugurthae imperat argenti pondo ducenta milia, elephantos omnis, equorum et armorum aliquantum. [6]Quae postquam sine mora facta sunt, iubet omnis perfugas uinctos adduci. [7]Eorum magna pars, uti iussum erat, adducti ; pauci, cum primum deditio coepit, ad regem Bocchum in Mauretaniam abierant. [8]Igitur Iugurtha, ubi armis uirisque et pecunia spoliatus est, cum ipse ad imperandum Tisidium uocaretur, rursus coepit flectere animum suum et ex mala conscientia digna timere. [9]Denique multis diebus per dubitationem consumptis, cum modo taedio rerum aduorsarum omnia bello potiora duceret, interdum secum ipse reputaret quam grauis casus in seruitium ex regno foret, multis magnisque praesidiis nequiquam perditis, de integro bellum sumit. [10]Et Romae senatus de prouinciis consultus Numidiam Metello decreuerat.

LXIII. [1]Per idem tempus Vticae forte C. Mario per hostias dis supplicanti magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat : proinde quae animo agitabat fretus dis ageret, fortunam quam saepissume experiretur ; cuncta prospera euentura. [2]At illum iam antea consulatus

---

Test. LXII. 8 cum... uocaretur SERV. *B. 8,71.*

LXIII. 1 per idem tempus... experiretur FRONTO *163 H.*

5 consilii : *ex* consilio *TF* consilio *H* (-io *in ras.*) *Mμ e* || 7 in mauretaniam (mauri-) : in mauretania *K, om. M* || 8 uirisque et pecunia spoliatus est (pecunia *ex* pecunias *A*) : uirisque pecuniaque spoliatus est *K* (et *s.s.*), *s* uirisque spoliatus est atque pecunia *Q* || cum *D*² (*ex* tum) *F* : tum *AΓN m e* dum *PΣK*, *H* (*ab* dum *usque ad* uocaretur *sec. man. in mg.*) *n l s* || conuocaretur *A* || 9 secum ipse : ipse secum *CQ n* secum *om. et s.s. B.*

LXIII. haruspex : aruspex *PACQ n ex* auruspex *MDFμ* auruspex *T e* || ageret *B*²*K*²*T*²*D*² : agere *cett.* || cuncta : omnia *HΓ n m.*

d'obtenir le consulat ; il avait d'ailleurs pour y parvenir, toutes les qualités requises, sauf l'ancienneté de sa famille : l'énergie, la probité, une grande science de l'art militaire, une âme indomptable à la guerre, modeste dans la paix, inaccessible à la passion et à l'argent, uniquement avide de gloire. Né à Arpinum[1] où il passa toute son enfance, dès qu'il fut en âge de porter les armes, c'est à la carrière militaire qu'il s'entraîna[2], et non à l'étude de l'éloquence grecque ou des élégances mondaines : ainsi, grâce à ces saines occupations qui l'empêchèrent de se corrompre, son esprit se forma très vite. Aussi quand il se présenta pour la première fois devant le peuple pour solliciter le tribunat militaire[3], bien que personne ou presque ne le connût de visage, sa seule réputation lui valut sans peine le suffrage de toutes les tribus. Au sortir de cette magistrature, il conquit successivement les autres, et dans toutes les charges qu'il exerçait, il se conduisait de façon telle qu'il apparaissait comme digne d'en remplir une plus importante[4]. Cependant, jusqu'à cette époque — car plus tard ce fut justement l'ambition qui le perdit — un homme d'un tel mérite n'osait porter ses vues sur le consulat ; c'était encore le temps où, si la plèbe avait accès aux autres magistratures, la noblesse se réservait celle-là qu'elle se passait de mains en mains. Il n'y avait pas d'homme nouveau, si grand fût-il par sa gloire et ses exploits, qui ne fût jugé indigne d'un tel honneur, et comme entaché de quelque souillure.

---

1. En 156 avant J.-C.
2. Il fit ses premières armes dans la guerre contre Numance, où il se trouva, comme Jugurtha, sous les ordres de Scipion.
3. Comme *tribunus comitiatus*, par opposition aux tribuns désignés par les consuls.
4. Il fut d'abord questeur, puis tribun de la plèbe (119 av. J.-C.), préteur (115), propréteur en Espagne ultérieure.

ingens cupido exagitabat, ad quem capiundum, praeter uetustatem familiae, alia omnia abunde erant : industria, probitas, militiae magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et diuitiarum uictor, tantummodo gloriae auidus. [3]Sed is natus et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum aetas militiae patiens fuit, stipendiis faciundis, non Graeca facundia neque urbanis munditiis sese exercuit ; ita inter artis bonas integrum ingenium breui adoleuit. [4]Ergo, ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem eius ignorantibus, facile notus per omnis tribus declaratur. [5]Deinde ab eo magistratus alium post alium sibi peperit, semperque in potestatibus eo modo agitabat ut ampliore quam gerebat dignus haberetur. [6]Tamen is ad id locorum talis uir — nam postea ambitione praeceps datus est — <consulatum> adpetere non audebat : etiam tum alios magistratus plebes, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. [7]Nouos nemo tam clarus neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore et quasi pollutus haberetur.

Test. 2 animus... uictor Non. *343,4* || 3 et omnem... altus Prisc. *II 527, 23* Arpini altus Diom. *I 375,14* || 6 tamen... uir Mar. Victor. *VI 202,10*.

2 alia : *s.s. sec manu A, om. Q* || abunda *P* || 3 et omnem : sc. per *s.s. C* et per omncm A^2BKT^2 || altus : alitus MT^2D^2, « in quibusdam autem codd. etiam 'alitus' inuenitur » *Prisc. qui* 'altus' *testatur* || 4 eius : *s.s. T om. Fμ* || 4 facile : factis *Le Paulmier* || 5 alium post alium : *ex* alios post alium *F* alios (ucl um *sec. man. s.s. D* um *s.s. H*) post alium *H Γ* || 6 nam... datus est *post* non audebat *transt. K n m s* || consulatum *s.s. T*, D^2 : *om. cett.* || etiam tum alios : tum *om. et s.s. B* etiam alios tum *n* || consulatum : *ex* consulatus *B* consulatus *A* || 7 neque tam : tam *om. DFμ* || egrcgiis factis $PACNKH^2$ *l s m e* : *ex* egregius (?) factis *H* egregius factis BQ^1 *n* egregius factus $Q^2Γ$ || quin is : quin P^1F qui nisi *l* quiinis A^1 || quin indignus illo honore et is *Eussner, coll. Catil.* 23,6.

LXIV. Marius voyant que les prédictions de l'aruspice s'accordaient avec ce que lui dictait son secret désir, demande à Métellus un congé pour aller poser sa candidature. Quoiqu'éminemment doué de bravoure, d'amour de la gloire, et d'autres belles qualités, Métellus avait ce défaut commun à la noblesse, une âme hautaine et dédaigneuse. Déconcerté tout d'abord par cette démarche inattendue, il témoigna à Marius son étonnement d'un pareil dessein, et, sur le ton de l'amitié, il lui conseilla « de ne pas se lancer dans une entreprise aussi déraisonnable, et de ne pas vouloir s'élever au-dessus de sa condition : tout le monde ne devait pas aspirer à tout ; il devait être satisfait de ce qu'il avait ; enfin il ne lui fallait pas solliciter du peuple romain un honneur que celui-ci lui refuserait à juste titre. » Comme malgré ces remontrances et d'autres semblables, Marius demeurait inflexible dans sa résolution, il finit par lui répondre « qu'il ferait droit à sa demande, aussitôt que la situation générale le lui permettrait. » Et comme par la suite Marius renouvelait continuellement ses instances, on rapporte qu'il lui dit « de ne pas se presser si fort ; qu'il serait encore assez tôt pour lui de briguer le consulat en même temps que son fils. » Or celui-ci, qui servait en Afrique sous les ordres de son père, avait environ vingt ans. Cette réponse n'avait fait qu'enflammer en Marius l'envie de l'honneur qu'il recherchait, comme aussi son ressentiment contre Métellus. Aussi n'écoute-t-il plus que les pires des conseillers, l'ambition et la colère ; il n'épargne aucun geste, aucun mot qui puisse servir sa candidature ; avec les soldats qu'il avait sous ses ordres dans les quartiers d'hiver, il use d'une discipline plus lâche qu'autrefois ; avec les trafiquants, qui étaient fort nombreux à Utique, il parle de la guerre en multipliant à la fois les critiques et les promesses orgueilleuses : « si on lui donnait seulement la moitié de l'armée,

LXIV. [1]Igitur ubi Marius haruspicis dicta eodem intendere uidet quo cupido animi hortabatur, ab Metello petundi gratia missionem rogat. Cui quamquam uirtus, gloria atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptor animus et superbia, commune nobilitatis malum. [2]Itaque primum commotus insolita re, mirari eius consilium, et quasi per amicitiam monere ne tam praua inciperet neu super fortunam animum gereret : non omnia omnibus cupiunda esse ; debere illi res suas satis placere ; postremo caueret id petere a populo Romano quod illi iure negaretur. [3]Postquam haec atque talia dixit, neque animus Mari flectitur, respondit, ubi primum potuisset per negotia publica, facturum sese quae peteret. [4]Ac postea saepius eadem postulanti fertur dixisse ne festinaret abire ; satis mature illum cum filio suo consulatum petiturum. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter uiginti. Quae res Marium cum pro honore quem adfectabat, tum contra Metellum uehementer accenderat. [5]Ita cupidine atque ira, pessumis consultoribus, grassari ; neque facto ullo neque dicto abstinere quod modo ambitiosum foret : milites quibus in hibernis praeerat laxiore imperio quam antea habere ; apud negotiatores, quorum magna multitudo Vticae erat, criminose simul et magnifice de

---

LXIV. 1. marius (h)aruspicis ΣΓΔ : marius cum haruspicis *PN* cum *post* marius *s.s. et eras. B, eras. AK, exp. H* || intendere uidet *om. et s.s. PA, in mg. N* || 2 itaque primum Ω' : primum *secl. Fabri qui* mirari primum *infra accep.* || insolita re : de insolita re *MF* insolita rem *A* || mirari *H* Γ *(praeter T)* : mirari primum *cett.* || neu super : neu tam super *CB* ne super *Q* || satis res suas *T s* suas res satis *n e* || 4 contubernio : in contubernio P^2*Q l* || cum : *om.* A^1 *DF* tum *Q s* || 5 ullo *X l s n* T^2 : alio *K*T^1 *e* aliquo *Y (praeter K) m* || magna : maxima *MT*

il tiendrait dans quelques jours Jugurtha enchaîné ; c'est exprès que le général traînait la guerre en longueur, parce que, dans sa vanité et son orgueil tyrannique[1], il se complaisait à l'excès dans l'exercice du commandement. » Tous ces griefs leur paraissaient d'autant mieux fondés que la longue durée de la guerre leur avait fait perdre leur fortune, et que pour l'âme humaine rien ne marche assez vite au gré de ses désirs.

LXV. Il y avait en outre dans notre armée un Numide nommé Gauda, fils de Mastanabal[2], petit-fils de Masinissa, que Micipsa avait inscrit dans son testament comme son second héritier[3] ; les maladies qui le rongeaient avaient quelque peu diminué son intelligence. Il avait demandé de placer, selon l'usage royal, son siège à côté du consul[4], et d'avoir, pour sa garde, un escadron de cavaliers romains ; et Métellus lui avait refusé l'un et l'autre : l'honneur, parce qu'il était l'apanage exclusif de ceux que le peuple romain avait reconnus pour rois, la garde, parce qu'il serait injurieux pour des cavaliers romains d'être remis à un Numide pour devenir ses gardes du corps. Marius va trouver Gauda, encore sous le coup du refus, et l'exhorte à profiter de son aide pour se venger de Métellus, et de ses affronts ; il exalte par un langage insinuant un homme dont la maladie affaiblissait l'esprit : n'est-il pas, lui dit-il, un roi, un très grand personnage, le petit-fils de Masinissa ? Si Jugurtha était pris ou tué, c'est à lui que reviendrait sans tarder le

---

1. Comme il arrive souvent pour *rex*, l'adjectif *regius* est pris ici dans un sens péjoratif ; cf. Cicéron, *Verr.*, 2, 3, 48 § 115 : *quae regie seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius.*

2. Par conséquent frère de Jugurtha, cf. ch. 5,6.

3. Au cas où ses fils et Jugurtha *(primi heredes)* auraient été dans l'incapacité de prendre possession de son héritage, ou n'auraient pas laissé d'enfants après eux.

4. Dans le *praetorium* du camp.

bello loqui : dimidia pars exercitus si sibi permitteretur, paucis diebus Iugurtham in catenis habiturum ; ab imperatore consulto trahi, quod homo inanis et regiae superbiae imperio nimis gauderet. [6]Quae omnia illis eo firmiora uidebantur quia diuturnitate belli res familiaris corruperant, et animo cupienti nihil satis festinatur.

LXV. [1]Erat praeterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda, Mastanabalis filius, Masinissae nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat, morbis confectus et ob eam causam mente paulum inminuta. [2]Cui Metellus petenti more regum ut sellam iuxta poneret, item postea custodiae causa turmam equitum Romanorum, utrumque negauerat : honorem, quod eorum modo foret quos populus Romanus reges appellauisset ; praesidium, quod contumeliosum in eos foret si equites Romani satellites Numidae traderentur. [3]Hunc Marius anxium aggreditur atque hortatur ut contumeliarum in inperatorem cum suo auxilio poenas petat ; hominem ob morbos animo parum ualido secunda oratione extollit : illum regem, ingentem uirum, Masinissae nepotem esse ; si Iugurtha captus aut occisus foret,

---

Test. LXIV. 6 animo... festinatur SCHOL. *Stat. Theb. 2,321.*

si sibi : si *om. et s.s. CQ l* sibi *om. m* sibi si *MT* || permitteretur : dimitteretur *P* || 6 illis eo firmiora : eo *om. l* illis *om.* eo *sec. manu s.s. M* illis firmiora eo *T* || uidebatur *A* || quia *XK l* : quod *cett.* || corruperant : -rat *l e* corrumperent *n* || festinatur : *ex* festinantur *AM*.

LXV. 1 mastanabalis : manastabalis *Q n* mastanabilis D^1 mastinabalis *T* || paulum : paululum $A^2\Sigma$ *s n* paulolum *M* || 2 quod : sc. eo *sec. manu s.s. D* eo quod *MT* || modo : more *P l* || satellites : -te Q^1 -ti $N^2K^2\Gamma$ *l* || 3 in imperatorem *Y (praeter IIF) s* : in *om.* PAH^1 *l e, s.s. F* imperatori Σ H^2 *n* || auxilio : *ex* exercitu *P* || animum *P* || uirum : uirum esse $M^1II\Gamma$ || nepotem esse : esse nepotem *Q* esse *om. M*.

commandement de la Numidie ; et l'événement pouvait se produire vite si lui, Marius, était chargé de cette guerre au titre de consul. » Grâce à ces manœuvres, il décide Gauda, les chevaliers romains, les soldats et les négociants, les uns pour lui plaire personnellement, la plupart dans l'espoir de la paix, à écrire à leurs amis de Rome des lettres très vives contre Métellus et sa façon de mener la guerre, et à réclamer Marius comme général. C'est ainsi qu'un grand nombre de personnes faisaient campagne pour lui en lui apportant les témoignages les plus honorables ; d'autre part, c'était le temps où la plèbe, voyant la noblesse abattue par la loi Mamilia, élevait aux honneurs des hommes nouveaux. Tout concourait donc à favoriser Marius.

LXVI. Cependant Jugurtha, quand il eut résolu de ne plus capituler et de reprendre la guerre, en faisait tous les préparatifs avec autant de soin que de diligence, levant une armée, cherchant à regagner par la terreur ou l'appât des récompenses les cités qui l'avaient abandonné, fortifiant ses positions, réparant ou achetant les armes défensives ou offensives et tout le matériel que l'espoir de la paix lui avait fait céder, attirant à lui les esclaves romains, et tâchant de corrompre à prix d'argent même nos garnisons ; bref, son activité s'exerçait partout, essayait de tout, mettait tout en œuvre. Aussi à Vaga, ville où Métellus, au moment où Jugurtha commençait à parler de paix, avait mis une garnison, cédant aux prières du roi que du reste ils n'avaient pas abandonné volontairement, les citoyens les plus notables forment une conspiration ; quant à la foule, suivant son ordinaire, surtout chez les Numides, elle était de caractère changeant, amie de la sédition et de la discorde, désireuse de nouveauté, ennemie de la paix et du repos. Après s'être concertés, ils fixent au surlendemain l'exécution de leur complot ; car c'était un jour de fête,

imperium Numidiae sine mora habiturum; id adeo mature posse euenire, si ipse consul ad id bellum missus foret. [4]Itaque et illum et equites Romanos, milites et negotiatores, alios ipse, plerosque pacis spes inpellit uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant. [5]Sic illi a multis mortalibus honestissuma suffragatione consulatus petebatur. Simul ea tempestate plebs, nobilitate fusa per legem Mamiliam, nouos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

LXVI. [1]Interim Iugurtha postquam omissa deditione bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum, ciuitatis quae ab se defecerant formidine aut ostentando praemia adfectare, conmunire suos locos, arma, tela, aliaque quae spe pacis amiserat reficere aut commercari, seruitia Romanorum adlicere et eos ipsos qui in praesidiis erant pecunia temptare, prorsus nihil intactum neque quietum pati, cuncta agitare. [2]Igitur Vagenses, quo Metellus initio Iugurtha pacificante praesidium inposuerat, fatigati regis suppliciis neque antea uoluntate alienati, principes ciuitatis inter se coniurant; nam uolgus, uti plerumque solet, et maxume Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum nouarum rerum, quieti et otio aduorsum. Dein, conpositis inter se rebus, in diem tertium

---

4 pacis : pauci *P*[1] paucis *P*[2] || spes : spe *PQ l e* || 5 a multis : multis a *P* a *om. M, s.s. m* || mamiliam *PAY (praeter K M) m e* : mamilliam *QK l s* mamillam *n* maniliam *CB* manliam *M*.

LXVI. 1 incipit : incepit *MT* || ab *XNKT l e s* : a *HΓ (praeter T) n m* || aliaque : alia *ACQNM* || prorsus : *om. M m* || 2 uagenses *A*[1]*N*[1]*D*[1] : c *s.s. N* uacenses *B* ; g *exp.* cc *s.s. AD* uaccenses *cett.* || tertium : Cererum *J. Carcopino, Rev. Hist., CLVIII, 1928, p. 1-18.*

célébré par toute l'Afrique[1], qui promettait plus de plaisir et de joie qu'il n'inspirait de défiance. Au temps marqué, les conjurés invitent chacun chez eux les centurions, les tribuns militaires, et même le gouverneur de la place, T. Turpilius Silanus ; ils les égorgent tous au milieu du festin, à l'exception de Turpilius ; puis ils s'en prennent aux soldats qui se promenaient, dispersés et sans armes, comme il était naturel en un pareil jour, et en l'absence des chefs. La plèbe suit l'exemple ; les uns pour avoir appris le complot par la noblesse ; les autres par goût instinctif pour de pareilles choses, et parce que, sans savoir ce qui s'était fait et dans quel dessein, ils trouvaient un plaisir suffisant dans le désordre seul, et dans la nouveauté.

LXVII. Déconcertés par ce péril soudain, ne sachant quel parti prendre, les soldats romains s'agitaient confusément : la citadelle, où étaient les enseignes et les boucliers, un poste ennemi en interdisait l'accès ; les portes, fermées avant l'agression, leur interdisaient la fuite ; de plus, les femmes et les enfants, du haut des maisons, leur jetaient à l'envi des pierres et tout ce qui leur tombait sous la main. Aussi leur était-il impossible de se garantir contre un double danger, comme aux plus vaillants de résister au sexe le plus faible ; bons et mauvais soldats, braves et lâches, tous indistinctement étaient égorgés sans pouvoir se venger. Dans un tel désastre, alors que les Numides s'acharnaient contre nous, et que la ville était close de toutes parts, le préfet Turpilius fut le seul de tous les Italiens à s'enfuir sain et sauf. Fut-ce pitié de la part de son hôte, effet d'un accord secret, ou simplement un hasard, nous ne savons ; en tout cas,

---

1. Sur la nature et la date de cette fête, voir l'article de J. Carcopino, *Salluste, le culte des Cereres et les Numides*, *Rev. hist.*, 1928, CLVIII, pp. 1-18. (*Aspects mystiques de la Rome païenne*, p. 13 et s.)

constituunt, quod is festus celebratusque per omnem Africam ludum et lasciuiam magis quam formidinem ostentabat. [3]Sed ubi tempus fuit, centuriones tribunosque militaris et ipsum praefectum oppidi T. Turpilium Silanum alius alium domos suas inuitant; eos omnis praeter Turpilium inter epulas obtruncant. Postea milites palantis inermos, quippe in tali die ac sine imperio, aggrediuntur. [4]Idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate, alii studio talium rerum incitati, quis acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse et res nouae satis placebant.

LXVII. [1]Romani milites, improuiso metu incerti ignarique quid potissumum facerent, trepidare. Arce oppidi, ubi signa et scuta erant, praesidium hostium, portae ante clausae fuga prohibebant. Ad hoc mulieres puerique pro tectis aedificiorum saxa et alia quae locus praebebat certatim mittere. [2]Ita neque caueri anceps malum, neque a fortissumis infirmissumo generi resisti posse; iuxta boni malique, strenui et inbelles inulti obtruncari. [3]In ea tanta asperitate, saeuissumis Numidis et oppido undique clauso, Turpilius praefectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus. Id misericordiane hospitis an pactione aut casu ita euenerit parum compe-

3 silanum *A¹C¹BD* : sillanum *AC², Q* (syll-) *n cett.*, silatum *ex* selatum *P* || domos (domus *D¹*) suas (*s.s. e* ; suas *om. et al. manu s.s.* μ) : *ex* domos suos *P n* domos suos *Q* || inermos *PAB¹N¹K¹ D¹ l m e* : inermes *cett.* || 4 idem : item *AQNK e* || plebes *PACB s n*: plebs *cett.* || ab : a *CQT l n*.

LXVII. 1 quid : quod *KM* || arce *Iordan* : ad arcem Γ *(praeter D)* arcem *cett.* || fuga *PA¹Q* : fugam *cett.* || prohibebat *Q* || 2 imbelles : imbecilles *TD n e* || inulti : multi Σ *D¹ n* || 3 in ea : interea *K¹M* || profugit intactus *QHΓ n m e* || an pactione : ac pactione *A²* aut pactione *s* || aut casu *PACBN l s n* : an casu *Q* (aut *s.s.*) *HΓ m e*.

l'homme qui, dans un tel malheur, préféra une vie sans honneur à une réputation sans tache, doit être tenu pour un misérable, et pour un infâme[1].

LXVIII. La nouvelle des événements de Vaga affligea si fort Métellus qu'il se déroba quelque temps à tous les regards ; puis, la colère s'étant mêlée à sa douleur, il met tous ses soins à venger rapidement l'injure. Il part au coucher du soleil, emmenant la légion qui prenait ses quartiers d'hiver avec lui, et le plus qu'il peut de cavaliers Numides, tous sans bagages ; et le lendemain, vers la troisième heure, il parvient dans une plaine entourée de légères hauteurs. Là, comme ses soldats fatigués par la longueur de l'étape refusaient d'avancer, il les met au courant des faits : la place de Vaga n'est éloignée que d'un mille au plus ; il est de leur honneur de supporter sans se plaindre les fatigues qui les attendent encore pour venger leurs concitoyens, dont la bravoure n'eut d'égale que le malheur ; enfin, il fait miroiter à leurs yeux un butin généreux. Ayant ainsi ranimé leur courage, il ordonne aux cavaliers de se déployer en tête, aux fantassins d'avancer en rangs aussi serrés que possible, et de cacher leurs enseignes.

LXIX. Les habitants de Vaga, à l'aspect d'une armée qui s'avançait vers eux, crurent d'abord, non sans raison, que c'était Métellus, et fermèrent les portes de la ville ; puis voyant qu'on ne dévastait pas les champs, et que les soldats marchant en tête étaient des cavaliers Numides, ils s'imaginent au contraire que c'était Jugurtha, et s'avancent à sa rencontre avec de grands transports de joie. Soudain, au signal donné, cavaliers et

---

1. Les « vêpres » de Vaga eurent lieu le 13 décembre 109. Salluste a soin de faire ressortir l'origine non romaine de Turpilius (*unus ex omnibus Italicis*, et plus loin, ch. 69, 4, *ciuis ex Latio erat*), pour pouvoir mieux l'accabler sans entacher le nom romain.

rimus ; nisi, quia illi in tanto malo turpis uita fama integra potior fuit, inprobus intestabilisque uidetur.

LXVIII. [1]Metellus, postquam de rebus Vagae actis comperit, paulisper maestus ex conspectu abit. Deinde, ubi ira et aegritudo permixta sunt, cum maxuma cura ultum ire iniurias festinat. [2]Legionem cum qua hiemabat et quam plurumos potest Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit, et postero die circiter horam tertiam peruenit in quandam planitiem locis paulo superioribus circumuentam. [3]Ibi milites fessos itineris magnitudine et iam abnuentis omnia docet oppidum Vagam non amplius mille passuum abesse ; decere illos relicuom laborem aequo animo pati, dum pro ciuibus suis, uiris fortissumis atque miserrumis, poenas caperent ; praeterea praedam benigne ostentat. [4]Sic animis eorum arrectis, equites in primo late, pedites quam artissume ire et signa occultare iubet.

LXIX. [1]Vagenses ubi animum aduortere ad se uorsum exercitum pergere, primo, uti erat res, Metellum esse rati, portas clausere ; deinde, ubi neque agros uastari et eos qui primi aderant Numidas equites uident, rursum Iugurtham arbitrati, cum magno gaudio obuii procedunt. [2]Equites peditesque repente signo dato alii

---

quia : quod *QMT*[2].

LXVIII. 1 uagae *A*[1] : uaccae *cett.* || ex : *e* Σ || abit : *ex* ambit *P* abiit *QMT n* || 2 postero *AQKF*μ : postera *cett.* || in : ad *n*, *om. l* || 3 docet *PC n* : edocet *AQD* || uagam *A*[1] *m* : uaccam *cett.* || 4 late *M m* : latere *cett.*

LXIX. 1 uagenses *A*[1] *m* : uaccenses *cett.* || animum aduertere *XHF*[1]μ *e* : anim *** aduertere *ND* animaduerte re *KF*[2] *n s* animaduerterant *M* animo aduertere *T* animi aduertere *l* || rursum : rursus *D*, *e*[1] || obuii : obuio *P*, obuiam *e*[1] *s*.

fantassins s'élancent ; les uns massacrent la foule répandue hors de la ville, les autres courent aux portes, d'autres s'emparent des tours ; la colère et l'espoir du butin sont plus forts que la fatigue. Ainsi, les habitants de Vaga n'eurent que deux jours à se réjouir de leur perfidie ; cette cité grande et riche fut livrée tout entière à la vengeance ou au pillage. Turpilius, le commandant de la place, qui, nous l'avons dit plus haut, avait, seul de tous les nôtres, réussi à se sauver, fut mis en demeure par Métellus de présenter sa défense ; et, comme il ne put se justifier, sa condamnation fut prononcée : après avoir été battu de verges, il eut la tête tranchée, car il n'était que citoyen Latin[1].

LXX. Au même moment, Bomilcar qui avait inspiré à Jugurtha le projet de capitulation que la crainte lui fit ensuite abandonner, devenu suspect au roi et le suspectant lui-même, souhaitait un changement dans la situation, cherchait quelque ruse pour perdre son maître, et n'avait jour et nuit d'autre pensée en tête. En usant de tous les moyens, il finit par s'adjoindre Nabdalsa, personnage noble, riche, illustre et très aimé de ses compatriotes ; c'est lui qui le plus souvent commandait l'armée en l'absence du roi, et c'est sur lui que le roi se reposait de toutes les tâches que la fatigue, ou des préoccupations plus importantes ne lui permettaient pas d'accomplir ; confiance qui lui avait valu la gloire et la richesse. Ils s'entendent donc l'un et l'autre pour fixer le jour du complot ; pour le reste, il fut convenu qu'on l'improviserait sur place, en prenant conseil des circonstances. Nabdalsa alla rejoin-

1. Pourtant, en sa qualité d'allié latin, Turpilius aurait dû être soustrait aux verges, en vertu de la *lex Liuia* de 122. Ce fut pour Marius une occasion de protester contre les illégalités de Métellus ; cf. J. Carcopino, *Des Gracques à Sulla*, p. 309.

uolgum effusum oppido caedere, alii ad portas festinare, pars turris capere ; ira atque praedae spes amplius quam lassitudo posse. [3]Ita Vagenses biduom modo ex perfidia laetati ; ciuitas magna et opulens cuncta poenae aut praedae fuit. [4]Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, iussus a Metello causam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus uerberatusque capite poenas soluit : nam is ciuis ex Latio erat.

LXX. [1]Per idem tempus Bomilcar, cuius inpulsu Iugurtha deditionem quam metu deseruit inceperat, suspectus regi et ipse eum suspiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quaerere, die noctuque fatigare animum. [2]Denique omnia temptando socium sibi adiungit Nabdalsam, hominem nobilem, magnis opibus, clarum acceptumque popularibus suis, qui plerumque seorsum ab rege exercitum ductare et omnis res exsequi solitus erat quae Iugurthae fesso aut maioribus adstricto superauerant ; ex quo illi gloria opesque inuentae. [3]Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur ; cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit. [4]Nabdalsa ad

---

Test. LXX. 1 per idem... quaerere NON. *400,17* || 2 qui... superauerant GELL. *I 22,15.*

2 uulgum : uulgus *MT m* || ira *ΣKΓ (praeter D) m n s* : irae *PANHD l e* || 4 sese parum : parum sese *M¹DFμ* || condemnatus : condemnatusque *ACB* || is : *s.s. TFμ, om. M* || ex Latio *A¹* (ex *sec. manu s.s.*) *Q¹K²H¹T¹D² s l* : ex collatio *K¹D¹* col *sec. manu s.s. AQHT* collatio *PCBNMPμ Δ (praeter l).*

LXX. 1 ipse eum suspiciens *om. Non.* || 2 clarum *Ω' cf. Tac. An. 12,29,1 ; Ps. Sall. ep. ad Caes. 2,7,6* : carum *Coler, Iordan, secundum morem Sall. ceterorumque scriptorum* || qui plerumque : qu *om. MDFμ, s.s. m, add. sec. manu H* is *Gell.* || ab : a *Fμ n, Gell* || gloria magna *Fμ m²* || 3 consilio : consiliis *H Γ m e..*

dre l'armée qu'il avait ordre de tenir non loin des quartiers d'hiver des Romains, pour les empêcher de ravager impunément la campagne. Mais épouvanté par l'horreur du crime projeté il ne vint pas au rendez-vous, et le complot se trouvait arrêté par sa timidité ; aussi Bomilcar, à la fois désireux de consommer son forfait, et tremblant que son complice, dans sa terreur, n'abandonnât leur premier projet pour en former un nouveau[1], lui envoie par des hommes sûrs une lettre où il lui reprochait sa mollesse et sa lâcheté, il attestait les dieux par lesquels il avait juré, il l'avertissait de ne pas tourner à leur propre ruine les offres de Métellus : Jugurtha, disait-il, touchait à sa perte ; la seule chose qui fût en question, c'était de savoir si elle serait due à leur courage, ou au courage des Romains ; à lui donc de peser ce qu'il préférait, des récompenses ou du châtiment.

LXXI. Or, lorsqu'on apporta cette lettre, Nabdalsa, fatigué par l'exercice qu'il venait de prendre, se reposait sur son lit. Après avoir pris connaissance du message de Bomilcar, l'inquiétude le jeta dans un accablement qui, comme il arrive fréquemment, fut suivi du sommeil. Il avait pour secrétaire un Numide, qui avait toute sa confiance et son affection, et qu'il tenait au courant de tous ses projets, sauf du dernier. Apprenant qu'on avait apporté une lettre, et pensant que, comme d'ordinaire, on aurait besoin de ses services ou de ses conseils, il entre dans la tente de Nabdalsa, prend, tandis qu'il dort, la lettre qu'il avait imprudemment laissée sur son chevet, la lit tout au long, et ainsi instruit du complot, il se rend chez le roi. Nabdalsa s'éveille peu après : ne

1. Le vague de l'expression est intentionnel : ce nouveau projet ne peut être que la révélation à Jugurtha du complot qui se tramait contre lui. Mais Bomilcar, dans son appréhension, préfère ne pas appeler les choses par leur nom : *nomina, omina*.

exercitum profectus quem inter hiberna Romanorum iussus habebat, ne ager inultis hostibus uastaretur. [5]Is postquam magnitudine facinoris perculsus ad tempus non uenit metusque rem impediebat, Bomilcar, simul cupidus incepta patrandi et timore socii anxius ne omisso uetere consilio nouom quaereret, litteras ad eum per homines fidelis mittit in quis mollitiam socordiamque uiri accusare, testari deos, per quos iurauisset, monere ne praemia Metelli in pestem conuerteret : Iugurthae exitium adesse, ceterum suane an Metelli uirtute periret, id modo agitari ; proinde reputaret cum animo suo praemia an cruciatum mallet.

LXXI. [1]Sed cum eae litterae adlatae, forte Nadbalsa exercito corpore fessus in lecto quiescebat. [2]Vbi cognitis Bomilcaris uerbis primo cura, deinde, uti aegrum animum solet, somnus cepit. [3]Erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptusque et omnium consiliorum nisi nouissumi particeps. [4]Qui postquam adlatas litteras audiuit, et ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introiit, dormiente illo epistulam super caput in puluino temere positam sumit ac perlegit ;

Test. LXXI. 1 Nabdalsa exercito corpore Non. *6,1 ; 295,5* || 2 uti... cepit Clavd. Don. *Aen. 6,520* || 4 epistulam... sumit Non. *396,1.*

4 habebat : habuerat *MT* || inultis : *in ras. C, ex* inultus *TF* inultus *KMD*¹ (uel tis *sec. manu s.s.*) μ || 5 magnitudinem *P* || cupidus : *ex* cupidis *l ex* cupidinibus *TF* cupidinibus *NK*²*MD* (uel dus *sec. manu s.s.*) μ *m* || ucteri *T s* || mollitiem *HDF*μ || testare *P* || iurauisset : ex iurasset μ (ui *s.s.*) iurasset *M l e* || exitium : exitum *Q M.*

LXXI. 2 animum aegrum *Claud. Don.* || 3 ei : *in ras. D, s.s. m, om. NK,* ibi *l* || negotiorum : *ex* negotiatorum *M m, ut uid.* negotiatorum *l s* || 4 audiuit et ex consuetudine : et *om. s n* que *s.s. A* ex consuetudineque *C* || introiit : introiuit *QKM*²*TD l* || dormiente : *ex* dormienti *A* dormienti *Q.*

trouvant pas la lettre, et apprenant ce qui s'était passé[1], il envoie d'abord à la poursuite du dénonciateur ; n'ayant pu le joindre, il va trouver Jugurtha pour l'apaiser, lui dit que la perfidie de son protégé l'a prévenu dans ce qu'il avait lui-même l'intention de faire ; il le conjure en pleurant, par l'amitié qu'il lui a toujours témoignée, et par les preuves qu'il a eues jusqu'alors de sa fidélité, de ne pas le soupçonner d'un pareil crime.

LXXII. A ces protestations le roi répondit avec une douceur qui était loin de correspondre à ses véritables sentiments[2]. Une fois mis à mort Bomilcar et plusieurs autres dont il avait appris la complicité dans le complot, il avait étouffé sa colère, de peur de soulever une révolte. Mais, depuis ce moment, il n'y eut plus pour Jugurtha de repos ni le jour, ni la nuit ; tout lieu, tout homme, tout moment lui étaient suspects ; il craignait également ses ennemis et ses sujets ; toujours il avait l'œil au guet, s'épouvantait au moindre bruit, il changeait chaque nuit d'endroit pour dormir, souvent au mépris de la dignité royale ; parfois, s'éveillant en sursaut, il se jetait sur ses armes et provoquait une alerte : bref, il vivait dans une terreur voisine de l'égarement.

LXXIII. Métellus, ayant appris par des transfuges le sort de Bomilcar et la découverte du complot, recommence donc en hâte ses préparatifs, comme s'il s'agissait d'une guerre entièrement nouvelle. Comme Marius

1. Les manuscrits s'accordent à donner ; « apprenant par des transfuges ce qui s'était passé », *et rem omnem uti acta erat ex transfugis cognouit*. Kritz a reconnu que l'addition *ex transfugis*, sans raison d'être ici, provenait du ch. 73, 1 d'où un commentateur, frappé de la similitude d'expression, l'avait extraite pour la transporter ici.

2. Salluste se plaît à souligner la dissimulation de Jugurtha ; on retrouve ici à peu près les mêmes termes qui lui ont servi à dépeindre son attitude devant Micipsa, ch. 11, 1.

dein propere cognitis insidiis ad regem pergit. [5]Nabdalsa, paulo post experrectus, ubi neque epistulam repperit et rem omnem uti acta erat cognouit, primo indicem persequi conatus, postquam id frustra fuit, Iugurtham placandi gratia adcedit ; dicit quae ipse parauisset facere perfidia clientis sui praeuenta ; lacrumans obtestatur per amicitiam perque sua antea fideliter acta ne super tali scelere suspectum sese haberet.

LXXII. [1]Ad ea rex aliter atque animo gerebat placide respondit. Bomilcare aliisque multis quos socios insidiarum cognouerat interfectis, iram obpresserat, ne qua ex eo negotio seditio oreretur. [2]Neque post id locorum Iugurthae dies aut nox ulla quieta fuit : neque loco neque mortali cuiquam aut tempori satis credere ; ciuis hostisque iuxta metuere ; circumspectare omnia et omni strepitu pauescere ; alio <atque alio> loco saepe contra decus regium noctu requiescere ; interdum somno excitus arreptis armis tumultum facere ; ita formidine quasi uecordia exagitari.

LXXIII. [1]Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto ex perfugis cognouit, rursus tamquam ad integrum bellum cuncta parat festinatque. [2]Ma-

---

Test. LXXII. 2 omni strepitu pauescere ARVS. *VII 503,6* interdum... facere DIOM. *I 376,5.*

5 *ab* repperit *usque ad 74,3* pedes *lacuna in K* || cognouit *Kritz* : ex perfugis cognouit *codd. praeter A* (ex seruis cognouit A^{1} uel ex perfugis *s.s.*) *N* (experus [t *s.s.*] cognouit) || accedit : cognouit *P* || parauisset perfidia clientis sui facere praeuenta Γ || acta : apta *A*, *ex* facta *m*.

LXXII. 1 ad ea : ad haec T^{1} (ea *s.s.*) ad haec ea *m* || oreretur $PA^{1}N^{1}$: oriretur *cett.* || 2 tempori : tempore $P^{1}D$ || atque alio *aliquot dett.* : *om.* Ω' || excitus : citatus *sec. manu s.s. A* excitatus *M* exercitus *PN* experrectus *Diom. (ex Iug. 71,5, ut uid.)*

le harcelait sans cesse à propos de son départ, et comme il jugeait peu utile de garder malgré lui un homme qui de plus lui en voulait, il lui accorde son congé[1]. A Rome la plèbe, ayant eu connaissance des rapports envoyés sur Métellus et Marius, avait accueilli avec satisfaction ce qu'on disait de tous les deux. La noblesse du général, naguère encore un titre de gloire, ne servait plus qu'à le faire haïr ; l'humble naissance de Marius au contraire le faisait aimer davantage. Du reste, à l'égard de l'un comme de l'autre, c'était plutôt l'esprit de parti qui faisait agir, que la considération de leurs bonnes ou mauvaises qualités. En outre, des magistrats séditieux ne cessaient d'exciter la foule, réclamant dans toutes les assemblées la tête de Métellus, exagérant les mérites de Marius. Ils finirent par enflammer si bien la plèbe qu'artisans et paysans, qui n'avaient d'autre avoir et de crédit que dans leurs bras, quittaient tous leur travail pour escorter Marius, sacrifiant leur nécessaire à sa propre élévation. C'est ainsi qu'à la consternation de la noblesse, le consulat, après de longues années d'interruption, revient à un homme nouveau. Ensuite, consulté par le tribun de la plèbe T. Manlius Mancinus sur l'homme auquel il voulait confier la guerre contre Jugurtha, le peuple, d'une seule voix, désigna Marius. Le Sénat, un peu avant, avait par décret[2] ..... ; cette décision demeura sans effet.

---

1. Seulement douze jours avant les comices. Mais Marius se rendit en deux jours et une nuit à Utique, et de là en quatre jours en Italie (Plutarque, *Marius*, ch. 8).

2. Le texte des bons manuscrits présente ici une lacune qu'on a proposé de combler de différentes façons. Beaucoup d'éditeurs admettent le supplément : *Sed paulo* <*ante senatus Metello Numidiam*> *decreuerat* ; M. Heurgon, dans la *Revue des Études Latines*, XVI (1938), pp. 161 et s., a proposé : *Sed P. Decio pro praetore senatus id bellum decreuerat.*

rium fatigantem de profectione, simul et inuitum et offensum sibi parum idoneum ratus, domum dimittit. [3]Et Romae plebes, litteris quae de Metello ac Mario missae erant cognitis, uolenti animo de ambobus acceperant. [4]Imperatori nobilitas, quae antea decori fuit, inuidiae esse ; at illi alteri generis humilitas fauorem addiderat. Ceterum in utroque magis studia partium quam bona aut mala sua moderata. [5]Praeterea seditiosi magistratus uolgum exagitare, Metellum omnibus contionibus capitis arcessere, Mari uirtutem in maius celebrare. [6]Denique plebes sic accensa uti opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitae erant, relictis operibus frequentarent Marium et sua necessaria post illius honorem ducerent. [7]Ita perculsa nobilitate post multas tempestates nouo homini consulatus mandatur. Et postea populus a tribuno plebis T. Manlio Mancino rogatus quem uellet cum Iugurtha bellum gerere, frequens Marium iussit. Sed paulo******* decreuerat : ea res frustra fuit.

Test. LXXIII. 6 et sua... ducere *(sic)* ARVS. *VII 502,19.*

LXXIII. 2 inuitum : uel inuisum *in mg.* P^2 uel inuictum *s.s.* A^1 inuictum *C* (uel inuitum *s.s.*) *Q* || 4 fuit : fuerat *A* (uel fuit *s.s.*) || magis : maius *N e* || quam mala sua (aut *s.s.* bona *in mg.*) *B* quam bona sua aut mala *Q* || moderata *XNHDΔ (praeter s)* : sc. erant *s.s. ACQ* moderata sunt T^2 *s* moderabant Γ *(praeter D)* || 5 uulgum N^2T^2m || arcessere : uel accersere *s.s. Q* accessere *n* arcessire *l* || in maius : uel inmanius *sec. manu s.s. A* inmanius *C* in manus *B l*, *om. D et sec. manu s.s.* || 6 plebes : plebs *MT n* || agrestesque : agrestisque $PAHD^1$ || erant : erunt *P* || operibus relictis *TDFμ* || frequentarent : frequentarentur PA^1 *e* $M^2T^2D^2$ frequentabant Γ || honorem : negotium *Arus.* || ducere *Arus.* || 7 t. manlio *PA*, *Q* (manlio *om. et s.s.*) : t *exp.* A^1 *ut uid.*, *om. cett.* || mancino *PA* (*ex* mandino) *l s e* : mancilio *CB* manctino HD^1 manthino *N* mantino *QΓ n m* || sed paulo (paulum *n*) decreuerat *XND l n m e* : sed senatus paulo decio decreuerat (decreuerat decio *H*) *cett.* ; *lacunam alii*

LXXIV. En même temps Jugurtha, ayant perdu ses amis — le plus grand nombre ayant péri de sa propre main[1], les autres, effrayés, s'étant sauvés auprès des Romains ou du roi Bocchus[2] — sentant qu'il était impossible de faire la guerre sans lieutenants, et jugeant dangereux d'éprouver la fidélité de nouveaux serviteurs après tant de perfidie de la part des anciens, échafaudait les projets les plus divers sans pouvoir se résoudre[3]. Le présent, l'avenir, les hommes, tout le mécontentait, lui était odieux ; chaque jour il changeait de routes et d'officiers ; tantôt il marchait à l'ennemi, parfois il s'enfonçait dans le désert ; souvent il mettait son espoir dans la fuite, et peu après dans la lutte ; il se défiait également du courage et de la fidélité de ses sujets ; partout où il portait sa pensée, tout était contre lui. Au milieu de ces retards, tout à coup Métellus se montre avec son armée ; Jugurtha, surpris, arme et range ses Numides comme il peut ; puis la bataille s'engage. Là où se trouvait le roi, il y eut quelque résistance ; tous ses autres soldats, au premier choc, furent bousculés et mis en déroute. Les Romains s'emparèrent d'une certaine quantité d'armes et d'enseignes, mais firent peu de prison-

1. Cf. plus haut ch. 72.
2. On a vu au ch. 19, 7, qu'il régnait sur l'ensemble des Maures.
3. Suivant son habitude, Salluste emploie ici le verbe *agitare* absolument, avec deux adjectifs au nominatif comme attributs du sujet Jugurtha : *uarius* (cf. dans *Catil.* 5, 4 : *animus audax, subdolus, uarius*) *incertusque* ; cf. 19, 5. Même construction avec *agere*, ch. 55, 2 : *ciuitas trepida antea et sollicita de belli euentu laeta agere* ; ibid. 7 *diuorsi agebant ; Or. Lep.* 2 *liberi agere ; Or. Cottae* 4 : *priuatus et in magistratibus egi* ; ibid. 5 *ut sine dedecore cum ciuibus fama et fortunis integer agas; Hist.* frgm. dub. 3 : *Antipodas ultra Aethiopiam... iustos et egregios agere.* La construction avec un adverbe ne se trouve que ch. 89, 7 : *in omni Africa quae procul a mari incultius agebat.* Cf. Thes. L. L. I, 1401, 51 et s.

LXXIV. [1]Eodem tempore Iugurtha, amissis amicis, quorum plerosque ipse necauerat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant, cum neque bellum geri sine administris posset, et nouorum fidem in tanta perfidia ueterum experiri periculosum duceret, uarius incertusque agitabat. Neque illi res neque consilium aut quisquam hominum satis placebat. Itinera praefectosque in dies mutare, modo aduorsum hostis, interdum in solitudines pergere, saepe in fuga ac post paulo in armis spem habere; dubitare uirtuti an fidei popularium minus crederet; ita quocumque intenderat res aduorsae erant. [2]Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidae ab Iugurtha pro tempore parati instructique; dein proelium incipitur. [3]Qua in parte rex pugnae adfuit, ibi aliquamdiu certatum; ceteri eius omnes milites primo congressu pulsi fugatique. Romani signorum et armorum [et] aliquanto numero, hostium paucorum potiti; nam ferme

---

alio modo explere conati sunt : sed paulo ante senatus metello numidiam decreuerat *codd.* ; « *excidit tale quale* ante senatus aliam prouinciam Mario » *Ahlberg* ; sed P. Decio pro praetore senatus id bellum decreuerat *Heurgon, Rev. Et. lat. XVI (1938), 161* || fuit : erat *TDFμ*.

LXXIV. **1** posset et nouorum : et *om. H Γ sec. manu s.s. T* nouorumque *N* || duceret : *ex* deduceret *P* || uarius T^1 (?) *m* : uagus T^2 uanus *cell.* || agitabat : agitabatur *Q* (uel bat *s.s.*) *T n* || hominum P^2*B l s n* : hominium P^1 (hominium P^2 *in mg.*) omnium *AQY m* hominum omnium *e* || mutare : mature *P* || fuga ac : fuga aut *CH* || paulo post *HΓ n* || spem in armis habere *HM n m e* || uirtuti : -te D^1T^1Fμ *e* || an (ac *P*) fidei popularium *XN l s* : popularium an fidei *H Γ n m e* || **2** sese *HTD*^{1}*F*μ || **3** certatum : sc. fuit *s.s. Q* sc. est *s.s. C* certatum est *NΓ* || eius omnes : omnes eius *QH* eius *s.s. T om. M* || congressu : concursu T^1D^1Fμ || aliquanto *codd.* : et aliquanto Ω' || ferme *XNT l s* : fere *cell.*

niers ; car généralement les Numides, dans toutes les batailles, se fient plus à leurs jambes qu'à leurs armes.

LXXV. Après cette déroute, Jugurtha, désespérant plus que jamais de sa fortune, gagne le désert avec les transfuges et une partie de sa cavalerie, et parvient ensuite à Thala[1], place grande et riche, où se trouvaient la plupart de ses trésors, et la somptueuse maison des jeunes princes, ses fils. Quand Métellus en fut informé, malgré la présence d'un grand désert qui s'étendait, lui avait-on dit, sur un espace de cinquante milles[2] entre Thala et le fleuve le plus proche, néanmoins, espérant mettre fin à la guerre par la prise de cette place, il entreprend de surmonter toutes les difficultés, et de triompher même de la nature[3]. Il fait décharger des bagages toutes les bêtes de somme, ne gardant sur elles qu'une provision de blé pour dix jours, des outres, et tous récipients propres au transport de l'eau. De plus, il réquisitionne dans la campagne le plus possible de bétail domestique, et place dessus des vases de toute sorte, mais surtout en bois, ramassés dans les tentes des Numides. En outre, il enjoint aux habitants des environs, qui s'étaient rendus à lui après la fuite du roi, d'apporter le plus d'eau qu'ils pourront ; il leur fixe le jour et l'endroit où ils devraient se présenter ; lui-même charge sur ses bêtes de somme l'eau du fleuve qui était, nous l'avons dit, l'aiguade la plus proche de la ville. Ainsi pourvu, il part pour Thala. Quand on fut arrivé à l'endroit

1. L'emplacement de Thala n'a pu être déterminé avec certitude. Sur les différentes identifications proposées, voir Gsell, *op. laud.*, VIII, pp. 209 et suiv. M. Carcopino note que « Zama Regia doit être tombée entre temps si on la place dans la plaine des Zouarin avec Saumagne, *Rendiconti dei Lincei*, 1925, pp. 686 et suiv. » (*Des Gracques à Sulla*, pp. 310, n. 14.)

2. Environ 75 kilomètres.

3. Cf. César, *B. G.* 6, 43, 5 : *ut... paene naturam studio uincerent*.

Numidis in omnibus proeliis magis pedes quam arma tuta sunt.

LXXV. [1]Ea fuga Iugurtha inpensius modo rebus suis diffidens, cum perfugis et parte equitatus in solitudines, dein Thalam peruenit, in oppidum magnum atque opulentum, ubi plerique thesauri filiorumque eius multus pueritiae cultus erat. [2]Quae postquam Metello comperta sunt, quamquam inter Thalam flumenque proxumum in spatio milium quinquaginta loca arida atque uasta esse cognouerat, tamen spe patrandi belli si eius oppidi potitus foret, omnis asperitates superuadere ac naturam etiam uincere aggreditur. [3]Igitur omnia iumenta sarcinis leuari iubet nisi frumento dierum decem, ceterum utris modo et alia aquae idonea portari. [4]Praeterea conquirit ex agris quam plurumum potest domiti pecoris, eoque imponit uasa cuiusque modi, pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum. [5]Ad hoc finitumis imperat qui se post regis fugam Metello dederant, quam plurumum quisque aquae portaret ; diem locumque ubi praesto forent praedicit. [6]Ipse ex flumine, quam proxumam oppido aquam esse supra diximus, iumenta onerat.

Test. LXXV. 4 domiti pecoris CHAR. *I 36,2* || 6 Marius... profectus PROBVS *I. G. IV 150,25.*

numidis *PA²CBT¹D¹F¹ n e* : numidas *A³ Q* (uel dis *s.s.*) *HMμ T²D²F s m* nud * as (i *eras.* mi *super* nu *script.*) *N* numi *(charta abscissa) l deest K* || pedes : *ex* pedites *MP* pedites μ (pedes *s.s.*) || tuta *PAQDF¹ l¹ s e* : tutata *CBHT²F² l² m* tutati *sec. man. s.s. Q* tutati sunt *n* tutarunt *MT.*

LXXV. 1 ubi *HΓ (praeter T) s m e* : ubique *P¹A¹NK¹* ibique *cett.* (ibi *T*) || 2 thalam : talem *A¹* (h *s.s.*) *T* || oppidi : oppido *HΓ* (oppidi *s.s. uel corr. MT*) *e, om. K* || 3 leuari : -re *DF¹μ l¹* || frumento : -ta *H¹MDF¹* || 4 eoque : eo *PA¹N l* || tuguris *P¹N* || 5 forent *Kritz* : fuerit Ω' (*praeter N* fuerat *et M* fuit) fuerint *e, Paris. 6087* : futuri sint *uel* forent *Ahlberg in app.* || 6 aquam oppido *H Γ m e.*

qu'il avait désigné aux Numides, et que le camp fut établi et retranché, on dit qu'il tomba tout à coup du ciel une telle quantité d'eau qu'elle seule eût été plus que suffisante pour les besoins de l'armée. De plus, la provision apportée dépassa les espérances, car les Numides s'étaient piqués de zèle comme il est fréquent après une récente soumission. Mais les soldats, par scrupule religieux, usèrent plutôt de l'eau de pluie, et cet incident accrut beaucoup leur courage, car ils étaient convaincus que les dieux les protégeaient. Le lendemain notre armée, contrairement à l'opinion de Jugurtha, arrive devant Thala. Les habitants, qui se croyaient protégés par les difficultés du terrain, et bien que déconcertés par la hardiesse sans précédent de notre manœuvre, ne laissent pas néanmoins de se préparer à bien combattre ; les nôtres font de même.

LXXVI. Mais, croyant que rien n'était désormais impossible à Métellus — n'avait-il pas triomphé par son énergie de tous les obstacles, armes défensives ou offensives, terrain, saison, enfin de la nature elle-même qui est maîtresse souveraine ? — le roi s'enfuit nuitamment de la place avec ses enfants et une grande partie de sa fortune ; et dès lors il ne séjourna dans aucun endroit plus d'un jour ou d'une nuit ; il prétextait que l'état de ses affaires exigeait cette hâte ; en réalité, il craignait la trahison et se flattait de pouvoir l'éviter à force de vitesse, dans la pensée que de tels desseins demandent pour être formés du temps et un concours de circonstances favorables. De son côté Métellus, voyant que les habitants étaient résolus à se défendre, que la place était aussi protégée par ses ouvrages comme par sa situation, fit entourer ses remparts d'un fossé surmonté d'une palissade. Puis, dans les deux endroits les plus favorables que présentait le terrain, il fait avancer des baraques, élever une terrasse, et poser sur celle-ci des

Eo modo instructus, ad Thalam proficiscitur. [7]Deinde ubi ad id loci uentum quo Numidis praeceperat, et castra posita munitaque sunt, tanta repente caelo missa uis aquae dicitur ut ea modo exercitui satis superque foret.[8]Praeterea commeatus spe amplior, quia Numidae, sicuti plerique in noua deditione, officia intenderant. [9]Ceterum milites religione pluuia magis usi, eaque res multum animis eorum addidit; nam rati sese dis inmortalibus curae esse. Deinde postero die, contra opinionem Iugurthae, ad Thalam perueniunt. [10]Oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, nihilo segnius bellum parare; idem nostri facere.

LXXVI. [1]Sed rex nihil iam infectum Metello credens, quippe qui omnia, arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipsam ceteris imperitantem industria uicerat, cum liberis et magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit. Neque postea in ullo loco amplius uno die aut una nocte moratus simulabat sese negoti gratia properare; ceterum proditionem timebat, quam uitare posse celeritate putabat; nam talia consilia per otium et ex opportunitate capi. [2]At Metellus, ubi oppidanos proelio intentos, simul oppidum et operibus et loco munitum uidet, uallo fossaque moenia circumuenit. [3]Dein duobus locis ex copia maxume idoneis uineas agere, [superque eas] aggerem iacere, et super aggerem

Test. **10** nihilo segnius Arvs. *VII 495, 14.*

7 quo *MT² m, Q²* (uel quo *s.s.*) : quod *cett.* || superque : que *om.* *Fμ n* || **10** idem : item *A¹N.*

LXXVI. uno *XN t* : una *cett.* || gratia negotii *TDFμ* || **3** dein duobus *PA¹T² t* : deinde iubet *cett.* deinde *Kortte* || superque eas *del.* *Kortte.*

tours afin de protéger l'ouvrage et les travailleurs. De leur côté, les assiégés activent leurs préparatifs de défense ; bref, de part et d'autre on ne néglige rien. Enfin, après quarante jours de travaux et de combats épuisants, les Romains s'emparèrent de la place, mais d'elle seule : tout le butin avait été détruit par les transfuges. Quand ils virent que le mur était battu en brèche par les béliers, et qu'ils étaient perdus sans ressources, ils emportèrent au palais royal l'or, l'argent, et tout ce que les hommes estiment au premier rang ; là, après s'être gorgés de vin et de viandes, ils livrèrent aux flammes tous ces biens, et le palais, et leurs personnes, s'infligeant volontairement le supplice qu'ils appréhendaient de la part du vainqueur[1].

LXXVII. Au moment de la prise de Thala, des députés de la place de Leptis[2] étaient venus trouver Métellus pour le prier d'y envoyer une garnison et un commandant : « Un certain Hamilcar, homme noble et intrigant, travaillait à une révolution ; ni l'autorité des magistrats, ni les lois n'avaient de prise sur lui ; si Métellus ne se hâtait d'intervenir, eux, les alliés de Rome, verraient leur existence dans le plus grand péril. » Les habitants de Leptis en effet, dès le commencement de la guerre contre Jugurtha, avaient envoyé une ambassade d'abord au consul Bestia, puis à Rome, solliciter l'amitié et l'alliance romaine. Depuis qu'ils l'avaient obtenue, ils s'étaient toujours montrés bons et loyaux, et avaient exécuté fidèlement tous les ordres de Bestia, d'Albinus, et de Métellus. Aussi obtinrent-ils sans peine du général

---

1. On sait par Appien, *Numid.* 3, les tortures que Métellus infligeait aux déserteurs : faisant couper les mains aux uns, enterrant les autres jusqu'à mi-corps pour servir de cible à ses soldats, les brûlant vifs, etc.

2. Il s'agit de Leptis Magna.

inpositis turribus opus et administros tutari. [4]Contra haec oppidani festinare, parare ; prorsus ab utrisque nihil relicuom fieri. [5]Denique Romani, multo ante labore proeliisque fatigati, post dies quadraginta quam eo uentum erat, oppido modo potiti ; praeda omnis ab perfugis conrupta. [6]Ei postquam murum arietibus feriri resque suas adflictas uident, aurum atque argentum et alia quae prima ducuntur domum regiam comportant. Ibi uino et epulis onerati illaque et domum et semet igni corrumpunt, et quas uicti ab hostibus poenas metuerant eas ipsi uolentes pependere.

LXXVII. [1]Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum uenerant orantes uti praesidium praefectumque eo mitteret : Hamilcarem quendam, hominem nobilem, factiosum, nouis rebus studere, aduorsum quem neque imperia magistratuum neque leges ualerent : ni id festinaret, in summo periculo suam salutem, illorum socios fore. [2]Nam Leptitani iam inde a principio belli Iugurthini ad Bestiam consulem et postea Romam miserant amicitiam societatemque rogatum. [3]Deinde, ubi ea impetrata, semper boni fidelesque mansere et cuncta a Bestia, Albino Metelloque imperata naue fecerant. [4]Ita-

4 relicuom : relique *A* reliqui *l* reliquum *cett.* || 5 quadraginta : uel triginta *sec. manu s.s. D* triginta *N (in ras.) M m e* || modo : *s.s. M, om. m* || ab : a *AMTD n* || 6 atque argentum : argentumque *Q* argentum *n* || ibi : ibique *Q n* || metuerant : -rent *NK*[1] *D s e* -runt *T* || pependere : pe *exp. K, eras. MDF.*

LXXVII. 1 quemdam nobilem hominem *B e* hominem quemdam nobilem *m* || illorum *PACB l m*[1] *e* : et illorum *cett.* || 2 Iugurthini *del. Linker* || 3 impetrata : sc. sunt *s.s. CQ* impetrata sunt *T*[1]*DF*μ || imperata : -tam *A*[1] impetrata *n* || naue : *ex* naui *MT* naui *DF*μ gnaue *AQK*[2] *n* nauiter *m.*

ce qu'ils demandaient. On leur envoya quatre cohortes de Ligures, avec C. Annius pour commandant.

LXXVIII. La ville de Leptis a été fondée par des Tyriens[1], qui, dit-on, chassés de leur patrie par des troubles civils, vinrent par mer s'établir en ces lieux. Elle est située entre les deux Syrtes, qui doivent leur nom au caractère même de ces rivages. Il y a en effet, presque à l'extrémité de l'Afrique[2] deux golfes, d'inégale grandeur, mais de même nature ; très profonds près du rivage, leurs autres parties, au hasard des circonstances et des tempêtes, présentent ici des gouffres, là des bas-fonds. En effet, lorsque la mer devient forte et mauvaise sous l'action des vents, les vagues traînent avec elle de la vase, du sable, même d'immenses rochers, et l'aspect des lieux change avec les vents ; le nom de Syrtes leur vient du verbe traîner (en grec σύρειν)[3]. Seule la langue des habitants de Leptis a changé, par suite des mariages avec les Numides ; les lois et les mœurs sont demeurées pour la plupart celles de Tyr ; il leur était d'autant plus facile de les garder qu'ils vivaient loin de l'autorité royale[4] : entre eux et la partie la plus peuplée de la Numidie c'étaient de grands déserts.

LXXIX. Puisque les événements de Leptis nous ont amené dans ces régions, il ne me paraît pas indigne de cette histoire de rappeler l'héroïsme incroyable de deux Carthaginois, que ce lieu m'a remis en mémoire. Au

1. On place cette fondation vers l'an 1100 avant J.-C.
2. Il faut entendre l'extrémité orientale, c'est-à-dire entre la Tunisie et la Tripolitaine d'une part, et la Libye de l'autre. Pour les anciens l'Égypte fait partie, non de l'Afrique, mais de l'Asie ; cf. p. 154 n. 4.
3. Cette étymologie, empruntée par Salluste aux géographes grecs, n'est sans doute qu'un simple jeu de mots. Le nom doit être indigène.
4. Ils dépendaient du roi des Numides depuis la seconde guerre punique, cf. ch. 5, 4.

que ab imperatore facile quae petebant adepti : emissae eo cohortes Ligurum quattuor et C. Annius praefectus.

LXXVIII. [1]Id oppidum ab Sidoniis conditum est, quos accepimus profugos ob discordias ciuilis nauibus in eos locos uenisse ; ceterum situm inter duas Syrtis, quibus nomen ex re inditum. [2]Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa, inpares magnitudine, pari natura. Quorum proxuma terrae praealta sunt ; cetera, uti fors tulit, alta alia, alia in tempestate uadosa. [3]Nam ubi mare magnum esse et saeuire uentis coepit, limum harenamque et saxa ingentia fluctus trahunt : ita facies locorum cum uentis simul mutatur ; Syrtes ab tractu nominatae. [4]Eius ciuitatis lingua modo conuorsa conubio Numidarum ; legum cultusque pleraque Sidonica, quae eo facilius retinebant quod procul ab imperio regis aetatem agebant. [5]Inter illos et frequentem Numidiam multi uastique loci erant.

LXXIX. [1]Sed quoniam in eas regiones per Leptitanorum negotia uenimus, non indignum uidetur egregium atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium memorare ; eam rem nos locus admonuit.

Test. LXXVIII. 2 Syrtium : sinus duo sunt, pares natura, impares magnitudine SERV., *Aen. 1,111* || 4 a tractu HIERON. *Nom. Hebr., p. 850* ; ISID. *Orig. 13,18,6.*

LXXIX. 1 rem egregiam fecit et memorabilem HEGES. *IV 1,150.*

4 quae : quod *H Γ e* || emissae : sc. sunt *s.s. Q* emissae sunt *K*[2]*HTDF*μ.

LXXVIII. 1 Sidoniis : *ex* sidonis *NK m* sidonis *P l n e* || 2 pari : pares *s.s. manu sec. T, corr. K,* pares *Seru. (citatio mutila et neglegens, cf. Testim.)* || praealta : peralta *A*[2]*ΣT n* || alia alia *A* : alia *cett.* || in tempestate *secl. Ahlberg* || 3 marum magnum *P.*

LXXIX. 1 non dignum *P* || mirabile : memorabile *A*[1]*ΣM*[1] || nos locus : locus nos *H Γ n e* nos *om. m.*

temps où Carthage était maîtresse de la plus grande partie de l'Afrique, elle avait en Cyrène une rivale aussi riche que puissante[1]. Entre les deux villes s'étendait une plaine sablonneuse et uniforme, sans fleuve ni montagne qui pût servir de limite ; ce fut la cause d'une guerre longue et cruelle entre les deux pays. De part et d'autre, les armées, les flottes s'étaient réciproquement battues et mises en déroute, les adversaires s'étaient usés sensiblement l'un l'autre ; aussi craignant que le vainqueur et le vaincu, épuisés tous les deux, ne devinssent la proie d'un nouvel agresseur, ils profitent d'une trêve pour établir la convention suivante : à un jour fixé, des représentants de chaque ville partiraient de leur patrie respective ; et le point où ils se rencontreraient serait reconnu comme formant la frontière entre les deux peuples. Carthage délégua deux frères, du nom de Philènes, qui firent grande diligence ; les Cyrénéens allèrent plus lentement : fut-ce paresse de leur part ou accident, nous ne savons. Dans ces contrées, non moins qu'en pleine mer, la tempête empêche d'avancer. Lorsque le vent souffle sur cette plaine unie et sans végétation, il soulève des nuages de sable qui, chassés avec une grande force, emplissent la bouche et les yeux des voyageurs, masquent la vue, et retardent la marche. Lorsque les Cyrénéens se virent assez bien devancés, craignant d'être punis pour avoir trahi la cause de leur cité, ils accusent les Carthaginois d'être partis de chez eux avant le temps fixé ; ils contestent les résultats de l'épreuve ; bref, ils préfèrent tout à la honte de s'en aller vaincus. Les Carthaginois demandent alors qu'on fixe d'autres conditions, pourvu qu'elles soient équitables. Les Grecs

---

1. Sur Cyrène, voir ch. 19, 3.

[2]Qua tempestate Carthaginienses pleraque Africa imperitabant, Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. [3]Ager in medio harenosus, una specie ; neque flumen neque mons erat, qui finis eorum discerneret ; quae res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. [4]Postquam utrimque legiones, item classes saepe fusae fugataeque et alteri alteros aliquantum adtriuerant, ueriti ne mox uictos uictoresque defessos alius aggrederetur, per indutias sponsionem faciunt uti certo die legati domo proficiscerentur : quo in loco inter se obuii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur. [5]Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philaenis erat, maturauere iter pergere : Cyrenenses tardius iere. [6]Id socordiane an casu acciderit parum cognoui. Ceterum solet in illis locis tempestas haud secus atque in mari retinere : nam ubi per loca aequalia et nuda gignentium uentus coortus harenam humo excitauit, ea, magna ui agitata, ora oculosque implere solet ; ita prospectu impedito morari iter. [7]Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se esse uident, et ob rem corruptam domi poenas metuunt, criminari Carthaginiensis ante tempus domo digressos, conturbare rem, denique omnia malle quam uicti abire. [8]Sed cum Poeni aliam condicionem, tantummodo aequam, peterent, Graeci optionem Car-

---

Test. 2 Carthaginienses... imperitabant Arvs. *VII 481,22* || 6 loca... gignentium Arvs. *VII 495,23* ; Ambros. *Expos. Eu. Luc. VIII, 29 ; cf.* Paulin. Nol., *Ep. 9,9* hiems nuda nascentium.

2 pleraque Africa A^1 *n* e^2, *Arus.* : pleraeque Africae *cett.* || 5 phil(a)enis KD^2F m^1 : phil(a)enes *cett.* || 6 in locis illis *TDF*μ || coortus (coh-$PACQD^2$ *n*, *plerique codd.*) : *ex* ortus *KT* || ora oculosque : oraculosque P^1 || prospectu : profectu HT^2 perfectu *T* || 7 se esse : se *om.* A^1 esse *om.* Σ *l* || 8 poeni aliam : *ex* poeniliam *P* || peterentur *P*.

leur donnent alors à choisir : soit d'être enterrés vifs à l'endroit où ils voulaient fixer les limites de leur pays, soit de les laisser s'avancer, à pareille condition, jusqu'à l'endroit qu'ils voudraient. La convention fut approuvée, et les Philènes firent à leur patrie le sacrifice de leurs personnes et de leur vie ; ils furent donc enterrés vifs. Les Carthaginois leur élevèrent sur place des autels qui portent leur nom[1], et leur décernèrent d'autres honneurs dans la ville même. Je reviens maintenant à mon sujet.

LXXX. Jugurtha, persuadé, depuis la perte de Thala, que rien ne pouvait résister à Métellus, partit avec quelques hommes à travers de grands déserts, et parvint chez les Gétules, peuplade sauvage et barbare, et qui ignorait encore jusqu'au nom des Romains. Il groupe cette multitude, et peu à peu l'accoutume à garder les rangs, à suivre les enseignes, à observer les ordres, bref à toutes les obligations du métier militaire. En outre, par de grands présents et des promesses plus grandes encore, il rallie à sa cause les conseillers intimes du roi Bocchus ; avec leur aide il s'en prend au roi lui-même, et le détermine à déclarer la guerre aux Romains. Il y réussit d'autant plus aisément que Bocchus, au début des hostilités contre Jugurtha, avait envoyé une ambassade à Rome demander un traité d'alliance ; négociation qui, malgré tous les avantages qu'elle présentait pour nous dans cette guerre, avait échoué grâce aux intrigues de quelques hommes, aveuglés par la cupidité, et accoutumés à faire argent de tout, du bien comme du mal. De plus, Jugurtha avait épousé la fille de Bocchus. Il est vrai que ce lien ne compte guère chez les Numides et les Maures ; chacun, suivant ses ressources, y a plu-

1. Les autels des Philènes sont situés à 180 milles environ de Carthage, à 80 milles seulement de Cyrène. Ces autels sont en sable, au dire de Pline ; et l'aventure des Philènes n'est sans doute qu'une légende étiologique.

thaginiensium faciunt ut uel illi, quos finis populo suo peterent, ibi uiui obruerentur, uel eadem condicione sese quem in locum uellent processuros. [9]Philaeni, condicione probata, seque uitamque suam rei publicae condonauere : ita uiui obruti. [10]Carthaginienses in eo loco Philaenis fratribus aras consecrauere, aliique illis domi honores instituti. Nunc ad rem redeo.

LXXX. [1]Iugurtha postquam amissa Thala nihil satis firmum contra Metellum putat, per magnas solitudines cum paucis profectus, peruenit ad Gaetulos, genus hominum ferum incultumque et eo tempore ignarum nominis Romani. [2]Eorum multitudinem in unum cogit ac paulatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium obseruare, item alia militaria facere. [3]Praeterea regis Bocchi proxumos magnis muneribus et maioribus promissis ad studium sui perducit ; quis adiutoribus regem aggressus, inpellit uti aduorsum Romanos bellum incipiat. [4]Id ea gratia facilius proniusque fuit quod Bocchus initio huiusce belli legatos Romam miserat foedus et amicitiam petitum ; [5]quam rem opportunissumam incepto bello pauci impediuerant caeci auaritia, quis omnia honesta atque inhonesta uendere mos erat. [6]Et iam antea Iugurthae filia Bocchi nupserat. Verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque leuis ducitur,

---

Test. LXXX. 6 etiam antea... necessitudo Non. *353,34*

9 uitamque : uitam *NK.*

LXXX. 2 cogit : coegit *MT*[2] *m* || consuefacit : -fecit *M e* || 3 ad studium sui (suum *e*) : sui ad studium *TDF*μ ad sui studium *l* || quis : quibus *B*[2]*Q ,s.s. C sec. manu* || aggressus : ingressus *N* (uel ad *s.s.*) *M m* || impellit : appellat *M* appellit *e* || aduersus : aduersum *H n*Γ *m e* || 4 in initio *A sec. manu, n* || 5 bello *NT* : belli *cett.* || 6 bocchi *A*[2]Σ *n, cf. Florus I 36,17, Plut., Sulla 3, Mar. 10* : boccho *cett.*, *Non.*

sieurs femmes : les uns dix, d'autres davantage, et les rois plus encore. Aussi l'affection se perd dans cette multitude. Aucune ne tient le rang d'une véritable compagne ; toutes sont pareillement méprisées.

LXXXI. Les armées se réunissent donc dans un endroit convenu par les deux rois. Là, après échange de serments, Jugurtha enflamme par ses propos le courage de Bocchus : « Les Romains, lui dit-il, sont un peuple injuste, d'une avarice sans bornes, ennemi de tout le genre humain ; ils ont pour lui faire la guerre le même motif qui les a armés contre lui-même et tant d'autres nations, leur besoin de dominer, qui en fait des adversaires de tous les empires ; aujourd'hui c'est lui-même, hier c'étaient les Carthaginois, et le roi Persée, demain ce sera quiconque leur paraîtra le plus riche qui sera leur ennemi[1]. » Après plusieurs discours semblables, les deux rois décident de marcher sur Cirta, place où Métellus avait mis son butin, ses captifs et ses bagages[2]. Ainsi, pensait Jugurtha, ou la prise de la ville les paierait de leur peine, ou bien, si le général romain venait au secours de ses alliés, ils pourraient engager la bataille avec lui. Car le rusé Numide n'avait qu'une hâte, c'était d'amener Bocchus à une rupture ouverte, dans la crainte qu'à force d'attendre ce prince ne préférât à la guerre toute autre solution.

---

1. Ce thème de l'avarice romaine sera repris à peu près dans les mêmes termes par Salluste dans *la lettre de Mithridate*, § 5 : *Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis una et ea uetus causa bellandi est, cupido profunda imperi et diuitiarum...* Et, plus loin, § 17 : *An ignoras Romanos... neque quicquam a principio nisi raptum habere, domum, coniuges, agros, imperium ?*

2. Sur Cirta, voir ch. 21, 2 et 23, 1. Il résulte de cette indication que la ville avait été prise par Métellus au cours de sa campagne de l'été 108. Mais Salluste ne fait nulle part mention de cet épisode de la guerre.

quia singuli pro opibus quisque quam plurumas uxores, denas alii, alii plures, habent, sed reges eo amplius. [7]Ita animus multitudine distrahitur ; nulla pro socia obtinet, pariter omnes uiles sunt.

LXXXI. [1]Igitur in locum ambobus placitum exercitus conueniunt. Ibi fide data et accepta, Iugurtha Bocchi animum oratione accendit : Romanos iniustos, profunda auaritia, communis omnium hostis esse ; eandem illos causam belli cum Boccho habere quam secum et cum aliis gentibus, lubidinem imperitandi, quis omnia regna aduorsa sint : tum sese, paulo ante Carthaginiensis, item regem Persen, post, uti quisque opulentissumus uideatur, ita Romanis hostem fore. [2]His atque aliis talibus dictis ad Cirtam oppidum iter constituunt, quod ibi Q. Metellus praedam captiuosque et impedimenta locauerat. [3]Ita Iugurtha ratus aut capta urbe operae pretium fore, aut, si dux Romanus auxilio suis uenisset, proelio sese certaturos. [4]Nam callidus id modo festinabat Bocchi pacem inminuere, ne moras agitando aliud quam bellum mallet.

Test. denas... amplius Serv. *Aen. 1,71.*

LXXXI. 2 ad... constituunt Prisc. III *66,15.*

quia *XNK l* : quod *HΓ* (uel quia *s.s. D*) *s n m e* || habent *XN KT l n : ex* habeant *D* habeant *H* (*ex* habebant) *MFμ s m e* || 7 nulla P^2 : nullus *l* nullam *cett.*

LXXXI. 1 ibi : ubi *NT* || libidinem A^1QKTF : libidine *cett.* || sint : sunt $A^2CBT\,l^2$ || persen : persem P^1A^1D persae *CB* perses *m* || persen (-em) regem *DFμ* regem *post* perses *eras. m* || post uti : post ubi Γ *(correx. F) s m e* || iter *om. et s.s. m* iter constituunt *om. et s.s. P* || ibi q. metellus : ibique metellus *P l e* ibi metellus *s, secundum usum Sall.* || 3 si dux romanus $PA^2\Sigma H^2D^2T\,l$: si romanus *cett.* || 4 moras B^2K^2 Γ *(praeter T)* : mox *cett.*

LXXXII. Le général, lorsqu'il eut appris l'alliance des deux rois, ne voulut point s'engager à la légère, ni leur offrir le combat sur tous les terrains, comme il avait pris l'habitude de le faire après les nombreuses défaites infligées précédemment à Jugurtha, mais il attend les deux rois non loin de Cirta dans un camp retranché, jugeant qu'il valait mieux d'abord apprendre à connaître les Maures, puisqu'il avait là un ennemi nouveau, afin de ne combattre qu'à sa convenance. Cependant, il apprend par une lettre de Rome que la province de Numidie a été donnée à Marius[1] ; il savait déjà que celui-ci avait été nommé consul. Plongé par ces nouvelles dans un abattement plus grand que de raison, indigne même de son rang, il ne put ni retenir ses larmes, ni modérer sa langue. Cet homme, si éminent d'autre part, était sans force pour supporter son chagrin. Les uns attribuaient cette attitude à l'orgueil ; d'autres à l'indignation vertueuse d'un noble cœur gravement offensé ; la plupart, au dépit de se voir arracher des mains une victoire désormais acquise. Pour nous, nous sommes convaincu qu'il souffrait moins de sa propre injure que de l'élévation de Marius, et que son chagrin eût été moins vif si la province qu'on lui enlevait eût été donnée à tout autre qu'à son lieutenant.

LXXXIII. Arrêté dans ses projets par son ressentiment, et regardant comme une sottise de s'exposer pour une affaire qui ne le regardait plus, il envoie à Bocchus une délégation pour l'engager à ne pas se déclarer sans raison contre le peuple Romain : il avait en ce moment une belle occasion de se lier avec lui par un traité d'alliance et d'amitié bien préférable à la guerre ; quelque confiance qu'il eût dans ses forces, il ne devait pas risquer le certain pour l'incertain. Il ajoutait que toute

1. Cf. ch. 73, 7.

LXXXII. [1]Imperator postquam de regum societate cognouit, non temere neque, uti saepe iam uicto Iugurtha consueuerat, omnibus locis pugnandi copiam facit ; ceterum haud procul ab Cirta castris munitis reges opperitur, melius esse ratus cognitis Mauris, quoniam is nouos hostis adcesserat, ex commodo pugnam facere. [2]Interim Roma per litteras certior fit prouinciam Numidiam Mario datam ; nam consulem factum ante acceperat. Quibus rebus supra bonum atque honestum perculsus, neque lacrumas tenere neque moderari linguam ; uir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem pati. [3]Quam rem alii in superbiam uortebant, alii bonum ingenium contumelia accensum esse, multi, quod iam parta uictoria ex manibus eriperetur. Nobis satis cognitum est illum magis honore Mari quam iniuria sua excruciatum, neque tam anxie laturum fuisse si adempta prouincia alii quam Mario traderetur.

LXXXIII. [1]Igitur eo dolore inpeditus, et quia stultitiae uidebatur alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit postulatum ne sine causa hostis populo Romano fieret : habere tum magnam copiam societatis amicitiaeque coniungendae quae potior bello esset, et quamquam opibus suis confideret, non debere incerta pro certis mutare ; omne bellum sumi facile,

---

Test. LXXXII. 1 melius... facere Arvs. *VII 472,10*.

LXXXII. 1 facit : fecit *KTF*μ || cognitis ...adcesserat *om. Arus.* || facere : fecere *P* (*ex* faccere) || 2 roma : romac Q^{1} (uel a *alia manu s.s.*) *MF* romam *C* || mario prouinciam numidiam *H* Γ *(praeter T) n m e* || molliter : mollite *P* moliter A^{1} || 3 honere *P*.

LXXXIII. 1 stultitiae : -tia *AF n* || suo periculo *DF*μ || populo romano : P. R. $A^{1}B$ R. p. *l* romani populi $A^{2}T$ || esset et *X* : et *om. cett.*

guerre est aisée à entreprendre, mais bien difficile à terminer, qu'il n'est pas toujours au pouvoir du même homme de la commencer et de la finir ; l'entamer est à la portée de n'importe qui, même d'un lâche ; la faire cesser dépend de la volonté du vainqueur ; qu'il considérât donc son intérêt et celui de son royaume ; et qu'il n'allât point allier sa fortune, qui était florissante, à la situation désespérée de Jugurtha. A ces remontrances le roi répondit sur un ton assez modéré : « qu'il désirait la paix, mais qu'il avait pitié de la situation de Jugurtha ; si on accordait à ce prince les mêmes conditions qu'à lui-même, il serait facile de s'entendre sur tous les points. » Sur cette réponse, le général fait porter à Bocchus des contre-propositions ; le roi en admet une partie, et rejette les autres. C'est ainsi que le temps se passe en messages qu'on s'envoie et se renvoie mutuellement, et que, comme le voulait Métellus, la guerre traîne sans jamais commencer.

LXXXIV. Cependant, depuis que Marius avait été, comme nous l'avons dit, élu consul au grand enthousiasme de la plèbe, et s'était vu attribuer par le peuple la province de Numidie, l'hostilité qu'il avait toujours montrée contre la noblesse redoublait de violence et d'acharnement ; tantôt il s'attaquait aux individus, tantôt au corps tout entier : il allait répétant que son consulat était le prix de la victoire qu'il avait remportée sur eux ; et d'autres propos glorieux pour lui et blessants pour eux. Il ne laissait pas cependant de mettre au premier rang la préparation de la guerre ; complétant l'effectif des légions, faisant fournir des troupes auxiliaires par les peuples, les rois, les alliés ; appelant auprès de lui les plus braves soldats du Latium, dont la plupart lui étaient connus pour avoir servi sous ses ordres, et quelques-uns de réputation ; et à force de démarches, décidant des vétérans libérés du service à

ceterum aegerrume desinere ; non in eiusdem potestate initium eius et finem esse ; incipere cuiuis etiam ignauo licere, deponi cum uictores uelint ; proinde sibi regnoque consuleret, neu florentis res suas cum Iugurthae perditis misceret. [2]Ad ea rex satis placide uerba facit : sese pacem cupere, sed Iugurthae fortunarum misereri ; si eadem illi copia fieret, omnia conuentura. [3]Rursus imperator contra postulata Bocchi nuntios mittit. Ille probare partim, alia abnuere. Eo modo saepe ab utroque missis remissisque nuntiis tempus procedere, et ex Metelli uoluntate bellum intactum trahi.

LXXXIV. [1]At Marius, ut supra diximus, cupientissuma plebe consul factus, postquam ei prouinciam Numidiam populus iussit, antea iam infestus nobilitati, tum uero multus atque ferox instare ; singulos modo, modo uniuorsos laedere ; dictitare sese consulatum ex uictis illis spolia cepisse ; alia praeterea magnifica pro se et illis dolentia. [2]Interim quae bello opus erant prima habere, postulare legionibus supplementum, auxilia a populis et regibus sociisque arcessere, praeterea ex Latio fortissumum quemque, plerosque militiae, paucos fama cognitos accire, et ambiundo cogere homines emeritis stipendiis

---

aegerrime *PACBQ*[2] *n l* (*ex* aegermine *A ex* agerrime *l*) : acerrime *Q*[1] *Y s m e* || etiam *om. T* etiam cuiuis ignauo *e* || 2 sese : *ex* sepe *H*[2] sepe *D*[1] *e* se *MD*[2]*F*μ *n* || illi : illa *M*[1]*e* || 3 partim alia *XT n* : partim partim *HDF*μ *m*[2] partim *M l s m*[1] *e* partim abnuere partim probare *in ras. sec. man. K* || eo modo : eodem *H*[1]*D*[1] *m* eodem modo *TFD*[2] (uel eo *s.s.*) || intractum *P*.

LXXXIV. 1 numidiam prouinciam Γ *(praeter M) s n m e* || 2 a : *om. K l* || arcessere *PAQKMT m e* : accessere *C* uel accersere *s.s. Q* accersere *B* (accer- *in ras.*) *n* accersire *D* μ *l* accersiri *F* || militiae : -tia *HD*[2], *m (in ras.)*.

partir avec lui. Et le Sénat, malgré son hostilité, n'osait rien lui refuser ; c'est même avec plaisir qu'il avait voté les levées supplémentaires, parce que l'on croyait que la plèbe était opposée au service militaire, et que Marius devrait renoncer soit aux moyens de faire la guerre, soit aux sympathies de la foule[1]. Mais ce calcul se trouva faux ; tant la plupart brûlaient du désir d'accompagner Marius. Ils se flattaient tous de s'enrichir par le butin, de rentrer victorieux dans leurs foyers, nourrissant mille autres espoirs semblables ; et le discours de Marius n'avait pas peu contribué à les enthousiasmer. Car, après avoir obtenu du Sénat tous les décrets qu'il avait demandés, lorsqu'il voulut procéder aux enrôlements, il convoqua l'assemblée, autant pour exhorter le peuple, que pour invectiver la noblesse, conformément à son habitude ; et voici le discours qu'il prononça :

LXXXV. « Je sais bien, citoyens, que la plupart des gens se montrent tout autres, quand ils vous demandent le pouvoir, qu'ils ne sont quand ils l'ont obtenu ; avant, vous les voyez laborieux, suppliants, modestes ; après ils ne vivent plus que dans l'orgueil et la mollesse. Pour moi, je suis d'un sentiment tout opposé : comme l'ensemble de la République a plus de prix que le consulat ou la préture, on doit employer plus de soin à la bien gouverner qu'à solliciter ces honneurs. Je n'ignore pas

1. « Connaissant... l'aversion que les Romains ressentaient maintenant pour le service militaire, ils étaient persuadés, ou que Marius ne pourrait réunir le contingent dont il avait besoin, ou que, s'il s'acharnait à ses levées, il y perdrait très vite sa popularité. Marius, présidant en personne au *dilectus*, esquiva le dilemme où le Sénat aurait voulu l'enfermer. Au lieu d'enrôler ses recrues, suivant l'usage, dans l'ordre des classes censitaires, il accepta indistinctement les engagements de tous les citoyens, dans l'ordre où ils se présentaient à lui ; et pour la première fois les prolétaires... furent incorporés, en masse et par principe dans la légion... » J. Carcopino, *Des Gracques à Sulla*, p. 313.

secum proficisci. [3]Neque illi senatus, quamquam aduorsus erat, de ullo negotio abnuere audebat ; ceterum supplementum etiam laetus decreuerat, quia neque plebi militia uolenti putabatur, et Marius aut belli usum aut studia uolgi amissurus. Sed ea res frustra sperata ; tanta lubido cum Mario eundi plerosque inuaserat. [4]Sese quisque praeda locupletem fore, uictorem domum rediturum, alia huiuscemodi animis trahebant ; et eos non paulum oratione sua Marius adrexerat. [5]Nam postquam, omnibus quae postulauerat decretis, milites scribere uolt, hortandi causa, simul et nobilitatem, uti consueuerat, exagitandi, contionem populi aduocauit. Deinde hoc modo disseruit :

LXXXV. « [1]Scio ego, Quirites, plerosque non isdem artibus imperium a uobis petere et, postquam adepti sunt, gerere : primo industrios, supplicis, modicos esse ; dein per ignauiam et superbiam aetatem agere. Sed mihi contra ea uidetur. [2]Nam quo pluris est uniuorsa res publica quam consulatus aut praetura, eo maiore cura illam administrari quam haec peti debere. [3]Neque me

---

Test. LXXXIV. 3 neque... abnueret (-rat) Arvs. *VII 450,15* || neque... putabatur Prisc. *III 285,1.*

3 quamquam : quicquam $K^{2}F\mu$ || quamquam aduersus erat *om. Arus.* || abnuere *XNK l* : abnueret (-rat *codd. GP*) *Arus.* negare *HΓ s n m e* || militia *QKFμ l s n m, Prisc.* : militiam *cett.* || uolenti *PAQNΓ (praeter T) l s m e* : uolente $A^{2}CBKHT$ nolente *n* || 4 paululum *T s* || 5 milites : *s.s. B, exp. A, om. C* || consueuerat : consuerat $AP^{2}B^{2}Q$ *n.*

LXXXV. 1 ego : *ex* ergo *A, om. Q* || supplicis A^{1} : suppliciis *NHΓ (praeter T) s m e* supplices *cett.* || dein : dehinc *Y l n m e* || 2 quo *XY (praeter* T^{1}*) s m e* : quando VT^{1} (quo T^{2}) *l* i.e. quanto *s.s. C* uel quanto *s.s. A* i.e. in quantum *s.s. Q* quam *n* || illam : illa *V l.*

Vous m'avez chargé de la guerre contre Jugurtha : ce qui a profondément indigné la noblesse. Considérez en vous-mêmes, je vous prie, s'il vaut mieux revenir sur ce choix, et envoyer pour cette besogne ou toute autre semblable quelqu'un pris dans ce bloc de la noblesse, un homme de vieille lignée[1], riche en portraits d'ancêtres et pauvre en états de service, sans doute pour qu'une fois aux prises avec une besogne dont il ignore tout, il aille s'agiter, se démener, et finalement prendre un homme du peuple qui lui montre son devoir. En effet, il arrive le plus souvent que celui que vous avez nommé pour commander cherche à son tour un autre qui lui commande. J'en connais aussi, citoyens, qui, une fois élus consuls, se sont mis à lire et les actions de nos ancêtres, et les préceptes des Grecs sur l'art militaire : gens qui font tout à rebours ; car si pour exercer une charge, il faut d'abord y être élu, il n'en faut pas moins s'y être au préalable pratiquement exercé[2]. Comparez maintenant, citoyens, avec l'orgueil de ces gens, l'homme nouveau que je suis. Les choses qu'ils ne connaissent que pour les avoir lues ou entendu raconter, moi je les ai vues, ou je les ai faites : ce qu'ils ont appris dans les livres, moi je l'ai appris à la guerre. A vous maintenant de juger ce qui vaut le mieux, des paroles ou des actes. Ils méprisent ma naissance, et moi, leur lâcheté ; à moi c'est ma condition, à eux ce sont des hontes qu'on jette à la face. Et du reste j'estime que la nature humaine est une, que c'est un bien commun à tous, et que c'est le courage qui fait la noblesse. Et si

1. On remarquera l'emploi du terme méprisant *globus* et du mot archaïque *prosapia*, emprunté à Caton, et dont Cicéron ne se servira plus qu'en s'excusant, *ut utamur uetere uerbo*, *Tim.* 11.
2. Sur cette phrase, voir Préface, p. 28 , n. 2.

[10]Bellum me gerere cum Iugurtha iussistis ; quam rem nobilitas aegerrume tulit. Quaeso, reputate cum animis uostris num id mutare melius sit, si quem ex illo globo nobilitatis ad hoc aut aliud tale negotium mittatis, hominem ueteris prosapiae ac multarum imaginum et nullius stipendi ; scilicet ut in tanta re ignarus omnium trepidet, festinet, sumat aliquem ex populo monitorem offici sui. [11]Ita plerumque euenit ut quem uos imperare iussistis, is sibi imperatorem alium quaerat. [12]Atque ego scio, Quirites, qui postquam consules facti sunt, et acta maiorum et Graecorum militaria praecepta legere coeperint, praeposteri homines ; nam gerere quam fieri tempore posterius, re atque usu prius est. [13]Conparate nunc, Quirites, cum illorum superbia me hominem nouom. Quae illi audire aut legere solent, eorum partem uidi, alia egomet gessi ; quae illi litteris, ea ego militando didici. [14]Nunc uos existumate facta an dicta pluris sint. Contemnunt nouitatem meam, ego illorum ignauiam ; mihi fortuna, illis probra obiectantur. [15]Quamquam ego naturam unam et communem omnium exis-

---

Test. **10** homines *(sic, ter)*... stipendi(i) Prisc. *III 221,19 ; 360,1 ; 365,21* || scilicet... sui Non. *396,25.*

10 quam : quem *P* || quaeso : quasore *P* || mutare *VPCBQ*^{2}*T* : putare *l* mutari *cett.* || aut aliud tale : ad *s.s. P* aut ad tale (aliud *s.s.*) *m* || hominem : homines *Prisc., ter* || ueteris prosapiae ac *om. Prisc. 2* || ac : aut *CB, om. V Prisc. 1 et 3* || et : ac *Prisc. ter* || trepidet : trepide *Non.* || sumat : sumet *H*^{1}*M*^{1}*DF*μ *e* || sui officii *QTF*μ || **11** imperare : imperatorem *VP*^{2} || is sibi *VA*^{1}*QY*Δ *(praeter l)* : sibi *exp. A*^{2}, *om. PCB l* || **12** atque *VX l s* : at *Y* (qui *s.s. T* que *al. manu s.s. K*) *n m e* || quirites : *s.s. A, om. QNM* || et acta *VP CB l* : et *s.s. A, om. cett.* || malorum *V* || coeperint (ce- *CQD*) : coeperunt *e* receperint *l* || **13** aut *VAQ* : et *cett.* || alia : *ex* talia *HF* talia Γ (alia *sec. manu s.s. T*) *e* || **14** nunc uos : *ex* nuncuius *A, om. e* || obiectantur : obiciuntur *VP*^{1} *e.*

l'on pouvait demander aujourd'hui aux pères d'Albinus ou de Bestia[1] qui, d'eux ou de moi, ils eussent préféré avoir pour fils, quelle réponse feraient-ils, croyez-vous, sinon qu'ils eussent voulu donner le jour aux plus vertueux ? Si les nobles ont le droit de me mépriser, qu'ils en fassent autant pour leurs ancêtres qui n'ont dû, comme moi, leur noblesse qu'à leur mérite. Ils sont envieux de ma dignité ; qu'ils le soient donc de mon labeur, de ma probité, de mes périls même, puisque c'est à ce prix que je l'ai obtenue. Mais gâtés par leur orgueil, ils vivent comme s'ils dédaignaient vos honneurs, et ils les briguent comme s'ils en étaient dignes. Ils s'abusent étrangement s'ils veulent obtenir à la fois ces deux choses incompatibles, les plaisirs de la paresse et les récompenses dues au mérite. Bien plus, lorsqu'ils prennent la parole devant vous ou au Sénat, ils remplissent leurs discours de l'éloge de leurs ancêtres ; ils croient que le rappel de ces hauts faits rehausse leur propre gloire[2]. C'est précisément le contraire. Plus la vie des uns a été illustre, plus la lâcheté des autres paraît infâme. Telle est la vérité : la gloire des ancêtres est comme un flambeau pour leurs descendants : elle ne laisse dans l'ombre ni leurs vices, ni leurs vertus[3]. Je

1. Le père d'Albinus doit être le consul de l'année 148, Sp. Albinus Maximus, dont Cicéron, *Brut.* 94, dit qu'il restait beaucoup de discours. Le père de Bestia n'est pas autrement connu.

2. On trouvera une pensée semblable exprimée par Platon dans le Ménexène p. 247 B : ἀνδρὶ οἰομένῳ τι εἶναι οὐκ ἔστιν αἴσχιον οὐδὲν ἢ παρέχειν ἑαυτὸν τιμώμενον μὴ δι'ἑαυτὸν ἀλλὰ διὰ δόξαν προγόνων. Εἶναι μὲν γὰρ τιμὰς γονέων ἐκγόνοις καλὸς θησαυρὸς καὶ μεγαλοπρεπής· χρῆσθαι δὲ καὶ χρημάτων καὶ τιμῶν θησαυρῷ καὶ μὴ τοῖς ἐκγόνοις παραδιδόναι αἰσχρὸν καὶ ἄνανδρον, ἀπορίᾳ ἰδίων αὐτοῦ κτημάτων τε καὶ εὐδοξιῶν.

3. Cf. Juvénal, *Sat.* 8, 138 :

Incipit ipsorum contra te stare parentum
Nobilitas, claramque facem praeferre pudendis.

imité par Boileau, *Sat.* 5.

tumo, sed fortissumum quemque generosissumum. [16]Ac si iam ex patribus Albini aut Bestiae quaeri posset mene an illos ex se gigni maluerint, quid responsuros creditis, nisi sese liberos quam optumos uoluisse ? [17]Quod si iure me despiciunt, faciant item maioribus suis quibus, uti mihi, ex uirtute nobilitas coepit. [18]Inuident honori meò ; ergo inuideant labori, innocentiae, periculis etiam meis, quoniam per haec illum cepi. [19]Verum homines corrupti superbia ita aetatem agunt quasi uostros honores contemnant ; ita hos petunt, quasi honeste uixerint. [20]Ne illi falsi sunt, qui diuorsissumas res pariter expectant, ignauiae uoluptatem et praemia uirtutis. [21]Atque etiam cum apud uos aut in senatu uerba faciunt, pleraque oratione maiores suos extollunt ; eorum fortia facta memorando clariores sese putant. [22]Quod contra est. Nam quanto uita illorum praeclarior, tanto horum socordia flagitiosior. [23]Et profecto ita se res habet : maiorum gloria pòsteris quasi lumen est ; neque bona neque mala eorum in occulto patitur. [24]Huiusce rei ego inopiam fateor,

---

Test. 23 maiorum... patitur SCHOL. IUV. *8,139.*

15 generosissimum (*ex* -me *P*) : generosissimum esse K^2H generosum esse *Γ* || **16** patribus : matre *V* || posset : possent *A* possit *V* || uoluisse : maluisse *V* || **17** faciant : faciunt PA^1Q^1 s^2 facient *n* || item VA^1N *m* : idem *cett.* (*praeter M* id. ; *Q* iam) || **18** labori innocentiae : labori et innocentiae *QNK* HM^1 *s m e* et labori innocentiae *A* || per haec illum : haec per illa *V* || **20** sunt : sint *B n* || expectant : expectent *AQ* || uoluptatem : uoluntatem B^1n || **21** maiores : mores *m* || memorando : -dae A^1 -da *H* commemorando *e* || sese : se A^1Q || **22** quanto : quantum *HΓ* (*ex* quanto *D*, *s.s.* um) *s m e* quanta *K* || uita illorum *VAΣNK l s e* : illorum uita *P* uita eorum *HΓ n m* || tantò : tantum *HM* tanta *Q* (*ex* tanto, o *s.s.*) *K* || **23** se res : res se *D m* res sese *T* sese (*om.* res) *M l* || habent *V* || quasi : *om.* *Y s n m e* || neque mala neque bona *V* || eorum *om.* *Schol. Iuu.* || **24** fateor *V s* : pàtior *cett.*

n'ai pas d'aïeux à invoquer, je l'avoue, citoyens ; mais, ce qui est autrement glorieux, je puis parler de mes propres exploits. Voyez maintenant leur injustice. Ce qu'ils s'arrogent au nom d'un mérite qui n'est pas à eux, il ne veulent pas l'accorder à mon mérite personnel, sans doute parce que je n'ai pas d'ancêtres, et que ma noblesse est toute nouvelle : mais il vaut mieux se l'être faite soi-même, que d'avoir déshonoré celle qu'on a reçue.

Je n'ignore pas que, s'ils veulent à présent me répondre, ils auront abondance de beaux discours bien composés ; mais, comme ils prennent occasion de l'insigne honneur dont vous m'avez fait bénéficier pour se répandre partout en invectives contre vous et moi, je n'ai pas voulu garder le silence, de peur qu'on ne prît ma réserve pour un aveu[1]. Pour moi, j'en suis intimement convaincu, aucun discours ne peut me nuire ; véridique, il ne peut être qu'à ma louange, mensonger, ma vie et mes mœurs suffisent à le démentir. Mais puisque ce sont vos décisions qu'on incrimine, et qu'on vous blâme de m'avoir donné le plus grand des honneurs et la plus lourde des charges, examinez bien si vous devez vous en repentir. Je ne puis, pour inspirer confiance, exhiber les portraits ni les triomphes ou les consulats de mes ancêtres, mais,

1. PLUTARQUE, *Marius*, ch. 9, confirme les propos que Salluste prête au consul : « ... Il criait partout que son consulat était une dépouille qu'il enlevait à la mollesse des patriciens et des riches ; que, pour lui, il se glorifiait auprès du peuple non de vains monuments et d'images étrangères, mais de ses propres blessures. Souvent même, en parlant des généraux qui avaient été défaits en Afrique, tels que Bestia et Albinus, qui tous deux, issus de maisons anciennes, mais sans capacité pour la guerre, n'avaient dû leurs défaites qu'à leur inexpérience : « Croyez-vous, demandait-il à ceux qui étaient présents, que les ancêtres de ces deux généraux n'auraient pas préféré de laisser des descendants qui me ressemblassent ? Ne se sont-ils pas eux-même rendus illustres bien moins par leur noblesse et par leur rang que par leurs vertus et leurs exploits ? »

Quirites ; uerum, id quod multo praeclarius est, meamet facta mihi dicere licet. [25]Nunc uidete quam iniqui sint : quod ex aliena uirtute sibi adrogant, id mihi ex mea non concedunt, scilicet quia imagines non habeo, et quia mihi noua nobilitas est, quam certe peperisse melius est quam acceptam corrupisse.

[26]Equidem ego non ignoro, si iam mihi respondere uelint, abunde illis facundam et conpositam orationem fore. Sed in maxumo uostro beneficio, cum omnibus locis me uosque maledictis lacerent, non placuit reticere, ne quis modestiam in conscientiam duceret. [27]Nam me quidem ex animi mei sententia nulla oratio laedere potest ; quippe uera necesse est bene praedicent, falsa uita moresque mei superant. [28]Sed quoniam uostra consilia accusantur, qui mihi summum honorem et maxumum negotium imposuistis, etiam atque etiam reputate num eorum paenitendum sit. [29]Non possum fidei causa imagines neque triumphos aut consulatus maiorum meorum

---

Test. 29 non possum... meorum AVSON. *Grat. act. 8, p. 362,36 P.*

meamet *VPABQ l* : uel meimet *s.s. ACQ* meimet *n* mea et *CN* mea me *Y (praeter DN) m e* mea *D* s^2 (met *eras.*) || facta mihi dicere : mihi facta dicere *Q* facta dicere mihi *M* mihi *om. e* || 25 sint : sunt *l n* || sint iniqui *TDF* μ || 26 ego non ignoro : non ego ignoro *Q* non ignoro ego *m* ego *om. s.* || facundam *XY (praeter TD)* l^1 m^1 : facundiam *VTD s n e* l^2 m^2 uel facundiam *s.s. Q, ex* faciundam *M*μ, *ut uid.* || uestro maximo *P* || me uosque *XY s e* : meque uosque *V l n* uos meque *m* || lacerent : lacerarent $A^1Q^1NKD^1F$ || reticere : tangere A^1 (uel reticere *s.s.*) tremere uel reticere *m* || 27 mei : *om.* A^1 (sc. mei *sec. manu s.s.*) *QH*Γ *(praeter D) e* || praedicent VPH^2M^2 *DF*μ *l s*: -cet *cett.* || falsa *VPY (praeter H) l n e* : falsam *A*ΣHD^2 *s n m* || uita : uitam *B (?)* HD^1 || superent P^1 || *desinit cod. e* || 28 mihi : *om. T s.s. s* || num eorum : numerorum *V* || 29 ostendere imagines meorum *Auson.*, *om.* neque triumphos aut consulatus... ostentare.

s'il en était besoin, des lances, un étendard, des phalères et autres récompenses militaires, sans parler de mes blessures, toutes reçues par devant. Voilà mes portraits, voilà ma noblesse, titres qui ne m'ont pas été laissés, comme à eux, par héritage, mais que j'ai gagnés au prix de fatigues et de dangers sans nombre. Mes paroles sont sans art ; j'en fais peu de cas. La vertu se montre assez d'elle-même ; c'est à eux qu'il faut les artifices de l'éloquence, pour pouvoir en couvrir leurs turpitudes. Je n'ai pas non plus étudié les lettres grecques ; je ne me souciais guère d'une étude qui n'avait pas su inspirer à ses maîtres l'amour de la vertu[1]. Ce que j'ai appris, et qui est bien plus utile à la République, c'est à frapper l'ennemi, à monter la garde, à ne rien craindre, sauf le déshonneur, à endurer aussi bien le chaud et le froid, à coucher sur la dure, à supporter en même temps la faim et la fatigue. Voilà les leçons que je donnerai à mes soldats ; et je ne leur imposerai pas de privations en me réservant l'abondance ; je ne m'attribuerai pas toute la gloire, en leur laissant toute la peine. C'est ainsi que doit commander un chef soucieux de l'intérêt de la patrie, de la dignité des citoyens. Vivre soi-même dans la mollesse, et soumettre son armée à toutes les rigueurs de la discipline, c'est agir en tyran, non en chef. C'est en appliquant ces principes que vos ancêtres ont fait leur gloire et celle de la République. Se prévalant de ces grands hommes, la noblesse, qui pourtant leur ressemble si peu, nous méprise, nous leurs émules, et exige de vous tous les honneurs, comme une chose due, sans

1. Jacobs remarque, non sans à-propos, que ce mépris affiché pour l'éloquence grecque n'empêche pas Salluste d'introduire dans le discours de Marius des réminiscences de Lysias (§ 4), de Démosthène (§ 12), de Platon (§§ 21 et 49).

ostentare ; at, si res postulet, hastas, uexillum, phaleras, alia militaria dona, praeterea cicatrices aduorso corpore. [30]Hae sunt meae imagines, haec nobilitas, non hereditate relicta, ut illa illis, sed quae ego meis plurumis laboribus et periculis quaesiui.

[31]Non sunt composita uerba mea ; parui id facio. Ipsa se uirtus satis ostendit; illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegant. [32]Neque litteras Graecas didici ; parum placebat eas discere, quippe quae ad uirtutem doctoribus nihil profuerant. [33]At illa multo optuma rei publicae doctus sum : hostem ferire, praesidia agitare, nihil metuere nisi turpem famam, hiemem et aestatem iuxta pati, humi requiescere, eodem tempore inopiam et laborem tolerare. [34]His ego praeceptis milites hortabor ; neque illos arte colam, me opulenter, neque gloriam meam, laborem illorum faciam. [35]Hoc est utile, hoc ciuile imperium. Namque cum tute per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est dominum, non imperatorem esse. [36]Haec atque talia maiores uostri faciundo seque remque publicam celebrauere. [37]Quis nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit, et omnis honores non ex merito,

---

Test. at... dona Non. *554,13.* || **31** non sunt... ostendit Non. *257,35* || **33** hiemen... pati Non. *322,3.*

aut consulatus : *om.* Γ *(sec. manu s.s. T)* || at si : ac si *l n* || hastas *VXN*Δ, *Non.* : hastam *KH*Γ || corpore : i.e. pectore *s.s. C* pectore VP^1 *B* (uel corpore *s.s.*) || **30** non : ne *P* || ego : egomet VP^2 || meis *om. VM* || **31** parui VP^2 *Non.* : parum *cett.* || **32** quippe : *s.s. Am* || profuerant : -runt $VP^2H\Gamma$ *m* || **33** at : ad *V* || multo : multa A^1Q^1 *NK l m* || hostem *VXM l* : hostes *Y (praeter M) s n m* || praesidia : praesidium VP^2 || et : atque *Non.* || **34** ego *VCQNK s* : ergo *PA BH*Γ *(praeter M) l n m* igitur *M* || arcte *CQ n* || **35** namque : nam *V l* || mollitiam *VQ* (?) *T n* || id est : hoc est Γ *n m* || **36** talia AB^2Y *n m* : alia $VPCB^1$ *Q l s.*

penser à les mériter. Mais ces hommes si orgueilleux se trompent étrangement. Leurs ancêtres leur ont laissé tout ce qu'ils pouvaient leur transmettre, richesses, portraits, glorieuse mémoire ; ils ne leur ont pas légué leur vertu, et ils ne le pouvaient pas ; c'est le seul bien qu'on ne puisse ni donner ni recevoir. Ils disent que je n'entends rien à l'ordonnance d'un repas, que je n'ai pas de comédien, et que je n'ai pas un cuisinier qui m'ait coûté plus cher que mon fermier[1]. C'est un aveu que j'ai plaisir à faire, citoyens. Car j'ai appris de mon père et d'autres personnes vertueuses que l'élégance est le partage des femmes, et le travail celui des hommes ; que tout homme de cœur doit avoir plus de gloire que de richesses ; que ce sont ses armes, et non son mobilier, qui font sa parure[2]. Hé bien donc, qu'ils continuent à faire ce qu'ils aiment tant, ce qui leur est si cher : qu'ils fassent l'amour, qu'ils boivent ; qu'ils passent leur vieillesse où ils ont passé leur jeunesse, à faire bombance, esclaves de leur ventre et de la partie la plus honteuse du corps ; qu'ils nous laissent à nous la sueur, la poussière, et tout le reste, que nous préférons à leurs festins. Mais non. Après s'être déshonorés par tous les excès, ces infâmes personnages viennent ravir les récompenses dues aux gens de bien. Ainsi, par un comble d'injustice, les pires des vices, la débauche et la paresse ne nuisent en rien à ceux qui s'y livrent, et ne perdent que la République, qui n'en est pas coupable.

Et maintenant que je leur ai répondu aussi longuement que l'exigeait mon caractère, et non leurs

1. Allusion aux raffinements de tout genre qui se répandirent à Rome après la guerre de Syrie, et que Tite-Live énumère, l. 39,6.
2. Cf. également le discours du tribun L. Valerius dans Tite-Live, l. 34, 7, 9.

sed quasi debitos a uobis repetit. [38]Ceterum homines superbissumi procul errant. Maiores eorum omnia quae licebat illis reliquere, diuitias, imagines, memoriam sui praeclaram ; uirtutem non reliquere, neque poterant : ea sola neque datur dono neque accipitur. [39]Sordidum me et incultis moribus aiunt, quia parum scite conuiuium exorno, neque histrionem ullum neque pluris preti coquom quam uilicum habeo. Quae mihi lubet confiteri, Quirites ; [40]nam ex parente meo et ex aliis sanctis uiris ita accepi, munditias mulieribus, uiris laborem conuenire, omnibusque bonis oportere plus gloriae quam diuitiarum esse ; arma, non supellectilem decori esse. [41]Quin ergo, quod iuuat, quod carum aestumant, id semper faciant : ament, potent ; ubi adulescentiam habuere, ibi senectutem agant, in conuiuiis, dediti uentri et turpissumae parti corporis ; sudorem, puluerem et alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iucundiora sunt. Verum non est ita. [42]Nam ubi se flagitiis dedecorauere turpissumi uiri, bonorum praemia ereptum eunt. [43]Ita iniustissume luxuria et ignauia, pessumae artes, illis qui coluere eas nihil officiunt, rei publicae innoxiae cladi sunt.

[44]Nunc quoniam illis, quantum mei mores, non illo-

---

37 repetit : *ex* repetunt *HMD* || **38** errant : *ex* erant *B* (r *s.s.*) *KM* ; *ex* erat *D* || illis : *exp. A*, *s.s. B*, *om. C* || reliquere : relinquere MD^1 n^1 || non reliquere : non relinquere VB^1 MTD^1 *n* || **39** incultis : incultum *VB* incautum *n* || moribus : maioribus *C* || libet mihi *V* || **40** nam ex : nam et ex *AK l n* || et ex aliis : et *om.* A^1 (*s.s.* A^2) ex *om. HΓ* || laborem uiris *PCB l s* || omnibusque bonis : que bonis *om.* PC^1 (sc. bonis *sec. man. s.s.*) *l* bonis *om. B* || diuitiarum esse : esse *om. Y s m*, *s.s. al. manu AK* || decori : decora A^1ND^2 decor /// *H* || **41** faciant : faciunt A^1 (a. *s.s.*) s || conuiuis A^1V || sudorem : *om. V s.s. m* || **42** omnibus flagitiis *Vn* || uiri *om. V* || **44** *lacunam ab* quoniam illis *usque ad 88,2* aut contra *habet K* || mores mei $MD^1F\mu$ *s.*

dérèglements, je vous dirai quelques mots de la situation. Tout d'abord, au sujet de la Numidie, n'ayez aucune inquiétude, citoyens. Les obstacles qui faisaient jusqu'ici la sûreté de Jugurtha, vous les avez tous écartés, je veux dire la cupidité, l'incapacité et la vanité[1] ; ensuite vous avez là-bas une armée qui connaît le pays ; mais, par Hercule, elle a eu moins de bonheur que de courage, car elle était considérablement affaiblie par l'avarice ou la témérité de ses chefs. Unissez donc vos efforts aux miens, vous qui êtes en âge de porter les armes, venez au service de la République ; que le malheur de vos camarades ou l'orgueil des généraux ne vous intimide pas. Je serai moi-même avec vous, dans la marche comme dans le combat, aussi bien pour vous guider que pour partager vos périls ; entre vous et moi je ne ferai nulle part de différence. Et, la chose est certaine : avec l'aide des dieux, tous les fruits de la guerre sont déjà mûrs : la victoire, le butin, la gloire. Fussent-ils du reste encore douteux ou lointains, il serait encore du devoir de tout bon citoyen de voler au secours de la République. La lâcheté n'a jamais exempté personne de la mort ; et jamais père n'a souhaité que ses enfants fussent immortels, mais qu'ils vécussent dans la vertu et dans l'honneur[2]. J'en dirais davantage, citoyens, si les paroles donnaient du cœur aux lâches ; pour des braves, je pense en avoir dit assez.[3] »

---

1. Trois allusions transparentes à ses prédécesseurs : la cupidité, à Bestia, l'incapacité, à Albinus, la vanité, à Métellus.

2. Cf. PLATON, Ménexène, p. 247 D : οὐ γὰρ ἀθανάτους σφίσι παῖδας εὔχοντο γενέσθαι, ἀλλ'ἀγαθοὺς καὶ εὐκλεεῖς.

3. On rapprochera de cette péroraison le début du discours que Catilina adresse à ses hommes avant de livrer bataille, *Catil.*, ch. 58, 1.

rum flagitia poscebant, respondi, pauca de re publica loquar. [45]Primum omnium de Numidia bonum habete animum, Quirites. Nam quae ad hoc tempus Iugurtham tutata sunt, omnia remouistis, auaritiam, imperitiam, atque superbiam. Deinde exercitus ibi est locorum sciens, sed mehercule magis strenuus quam felix ; [46]nam magna pars eius auaritia aut temeritate ducum adtrita est. [47]Quamobrem uos, quibus militaris aetas est, adnitimini mecum et capessite rem publicam, neque quemquam ex calamitate aliorum aut imperatorum superbia metus ceperit. Egomet in agmine aut in proelio consultor idem et socius periculi uobiscum adero ; meque uosque in omnibus rebus iuxta geram. [48]Et profecto dis iuuantibus omnia matura sunt : uictoria, praeda, laus. Quae si dubia aut procul essent, tamen omnis bonos rei publicae subuenire decebat. [49]Etenim nemo ignauia inmortalis factus est, neque quisquam parens liberis uti aeterni forent optauit, magis uti boni honestique uitam exigerent. [50]Plura dicerem, Quirites, si timidis uirtutem uerba adderent ; nam strenuis abunde dictum puto. »

Test. **45** sclens horum Arvs. *VII 509.*

45 bonum habete animum : bonum animum habete *V* habete bonum animum *M* bonum habete bonum animum *l* bonum habete de Numidia animum *Q* || tutata : tuta *QF* || auaritia imperitia atque *(om. T)* superbia *NTD* || atque : *om. MTFμ l* || ibi est : est ibi *HΓ (praeter F) n m* ibi *om. F* || sed : et *V* || mehercule : mehercules *VT* me hercle *Q* || 46 est : *s.s. AN m, om.* Q^1 (sc. est *s.s.*) *M* || 47 aetas est : est (inest *s.s. T*) aetas *QΓ n m* || mecum *om. B* || adnitimini mecum et capessite mecum *D* || neque : ne *NM s* || quemquam : quem *M* || aut *VPΣ l s n ; s.s.* A^1*T*, *om. Y m* || periculis *V* || meque *VP*A^2*CB l n m* : me *cett.* || 48 omnis bonos : omnibus bonis A^1*N m* || subuenire r. p. *V* || decebat *VP* A^2*Σ l n* : decet *cett.* || 49 nemo ignauia *V*P^1*A* : ignauia nemo P^2*CBYΔ* || est : *om. AY m* || uti : ut *VHΓ*.

LXXXVI. Après ce discours, Marius, voulant profiter de l'enthousiasme de la plèbe, se hâte de faire embarquer les vivres, la solde, et tout le matériel ; il donne ordre à son lieutenant A. Manlius de partir avec le convoi. Lui-même cependant lève des recrues, non suivant l'ancien usage et d'après les classes, mais en acceptant tous les volontaires, prolétaires exclus du service pour la plupart[1]. Les uns disaient qu'il les prenait, faute d'autres meilleurs ; d'autres, que c'était par ambition, parce qu'il devait sa renommée et son élévation à cette sorte de gens ; et de fait, pour un homme en quête du pouvoir, les meilleurs partisans sont les plus besogneux : car n'ayant rien, ils n'ont rien à ménager; et tout ce qui rapporte est honnête à leurs yeux. Marius part donc pour l'Afrique avec des troupes sensiblement plus nombreuses que ne portait le décret, et débarque à Utique peu de jours après. Ce fut le lieutenant P. Rutilius qui lui remit le commandement de l'armée ; car Métellus avait évité la présence de Marius, pour ne pas voir de ses yeux ce dont sa pensée n'avait pu supporter la nouvelle.

LXXXVII. Le consul, après avoir complété ses légions et ses cohortes auxiliaires, s'avance dans un pays fertile et riche en butin ; il abandonne aux soldats tout ce qui est pris, et attaque ensuite des forts et des places mal défendus naturellement et pauvres en garnisons ; il livre en différents endroits des combats nombreux, mais légers. Les recrues s'habituaient de cette manière à prendre part sans crainte à l'action, ils voyaient que les fuyards étaient pris ou tués, que les braves étaient aussi les moins exposés, que les armes servent à défendre la liberté, la patrie, les parents, tout enfin, comme elles procurent la gloire et la richesse. Ainsi, en peu de

1. Cf. plus haut, ch. 84, note.

LXXXVI. [1]Huiuscemodi oratione habita, Marius postquam plebis animos arrectos uidet, propere commeatu stipendio, armis, aliisque utilibus nauis onerat; cum his A. Manlium legatum proficisci iubet. [2]Ipse interea milites scribere, non more maiorum neque ex classibus, sed uti cuiusque lubido erat, capite censos plerosque. [3]Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant, quod ab eo genere celebratus auctusque erat, et homini potentiam quaerenti egentissumus quisque opportunissumus, cui neque sua cara, quippe quae nulla sunt, et omnia cum pretio honesta uidentur. [4]Igitur Marius cum aliquanto maiore numero quam decretum erat in Africam profectus, diebus paucis Vticam aduehitur. [5]Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato ; nam Metellus conspectum Mari fugerat, ne uideret ea quae audita animus tolerare nequiuerat.

LXXXVII. [1]Sed consul, expletis legionibus cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem et praeda onustum proficiscitur ; omnia ibi capta militibus donat, dein castella et oppida natura et uiris parum munita aggreditur ; proelia multa, ceterum *l*euia, *a*lia aliis locis facere. [2]Interim noui milites sine metu pugnae adesse, uidere fugientis capi aut occidi, fortissumum quemque tutissumum, armis libertatem, patriam parentesque et alia omnia tegi, gloriam atque diuitias quaeri. [3]Sic breui

Test. LXXXVI. 2 Ipse... opportunissimus GELL. *16,10,16* || omnia... uidentur COMM. LVCAN. *10,407.*

LXXXVI. 1 aliisque : que *s.s. T*, *om. DFμ* || a. manlium : aulum m. *H TDFμ* || legatum : ligatum *A*[1], *om. l* || 2 neque : nec *Gell.* || ut libido cuiusque *Gell.* || 4 maiore aliquanto *TDFμ*.

LXXXVII. 1 onustum : honustum *P* (*ex* honostum) *A* (*ex* honestum) || leuia, alia *transp. Ciacconius* : alia leuia Ω'.

temps, nouveaux et vieux soldats se fondirent en un seul corps, et la bravoure fut égale chez tous. Quant aux rois, sitôt qu'ils connurent l'arrivée de Marius, ils s'étaient retirés chacun de leur côté dans des régions d'accès difficile. Ainsi l'avait décidé Jugurtha, dans l'espérance de pouvoir bientôt tomber sur un ennemi dispersé ; les Romains, une fois délivrés de toute crainte, ne devant pas tarder, comme d'ordinaire, à se relâcher de leur surveillance et de leur discipline.

LXXXVIII. Cependant, Métellus était parti pour Rome. Il y fut reçu, contre son attente, avec de grands transports de joie ; l'envie ayant disparu, il n'était pas moins chéri de la plèbe que du Sénat[1]. Pour Marius, il exerçait sur ses troupes aussi bien que sur l'ennemi une active et prudente surveillance ; il étudiait le fort et le faible des deux armées, observait les mouvements des rois, prévenait leurs desseins et leurs pièges, tenait constamment les siens en alerte et les autres en alarme. C'est ainsi que souvent il avait attaqué et mis en déroute les Gétules et Jugurtha tandis qu'ils ramenaient le butin pris sur nos alliés, et même non loin de Cirta, il avait forcé le roi à jeter ses armes[2]. Mais ayant reconnu que ces succès ne rapportaient que de la gloire sans terminer la guerre, il résolut d'investir successivement les villes qui par leur garnison ou leur position pouvaient être les plus utiles à l'ennemi et les plus dangereuses pour lui ; ainsi Jugurtha ou bien serait privé d'appuis, s'il laissait faire, ou bien livrerait bataille. Quant à Bocchus, il avait

1. Il reçut, outre les honneurs du triomphe, le surnom de *Numidicus*.

2. Expression technique pour désigner une défaite dans laquelle le vaincu, pour s'enfuir plus vite, abandonne ses armes. On la retrouve dans César, *Bell. Gall.* 3, 6, 3 : *omnibus hostium copiis fusis armisque exutis*, et dans Tite-Live, 22, 21, 4 : *magnaque parte armis exuta*.

spatio noui ueteresque coaluere, et uirtus omnium aequalis facta. [4]At reges, ubi de aduentu Mari cognouerunt, diuorsi in locos difficilis abeunt. Ita Iugurthae placuerat, speranti mox effusos hostis inuadi posse : Romanos, sicuti plerosque, remoto metu laxius licentiusque futuros.

LXXXVIII. [1]Metellus interea Romam profectus contra spem suam laetissumis animis accipitur, plebi patribusque, postquam inuidia decesserat, iuxta carus. [2]Sed Marius inpigre prudenterque suorum et hostium res pariter adtendere, cognoscere quid boni utrisque aut contra esset, explorare itinera regum, consilia et insidias eorum anteuenire, nihil apud se remissum neque apud illos tutum pati. [3]Itaque et Gaetulos et Iugurtham ex sociis nostris praedas agentis saepe aggressus in itinere fuderat, ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. [4]Quae postquam gloriosa modo nèque belli patrandi cognouit, statuit urbis quae uiris aut loco pro hostibus et aduorsum se opportunissumae erant, singulas circumuenire ; ita Iugurtham aut praesidiis

---

Test. LXXXVII. 4 Romanos... futuros Prisc. *III 318,18* || quae.. cognouit Prisc. *III 310,19.*

4 sicut *Prisc.*

LXXXVIII. 1 accipitur *P^1A^1CQN l* : uel excipitur *sec. manu s.s. AC* excipitur *B* (uel accipitur *s.s.*) *HΓ s n m* || 2 utrisque *PA CQT^2 n, m (in res.).* : utriusque *BN l s* utrimque *TDFμ* utri**que *H* (*ex* utriusque ?), *om. M* || 3 praedas *XNK l* : praedam *HΓ s n m* || in : om. *Y s n* || 4 gloriosa : g. facta sunt *s.s. K, m (in ras.)* g. facta sunt *Fμ* gloriosa esse *n* || modo : *s.s. TD, exp. K, om. M m* || belli patrandi cognouit *PACBT l, Prisc.* : deest causa *sec. manu s.s. P,* sc. copiam *s.s. ACT* copiam *s.s. l* belli patrandi cognouit copiam *NK m* b. p. copiam cognouit *HΓ (praeter T) s n* patrandi belli copiam cognouit *Q* || singulas : -lis *P* -la *K.*

souvent fait dire à Marius qu'il désirait l'amitié du peuple Romain, et qu'on n'avait à craindre de sa part aucun acte d'hostilité. Était-ce une feinte pour tomber sur nous à l'improviste avec plus de chances, ou bien un effet de sa légèreté naturelle qui le portait tantôt vers la paix, tantôt vers la guerre ; il est difficile de le savoir.

LXXXIX. Le consul, ainsi qu'il l'avait décidé, marche sur les places et les châteaux forts[1], et réussit tantôt par la force, tantôt par la crainte, ou par l'appât des récompenses, à les détacher de l'ennemi. Tout d'abord, il se contentait de petites opérations, dans la pensée que Jugurtha en viendrait aux mains pour secourir les siens. Mais ayant appris qu'il était au loin et absorbé par d'autres tâches, il jugea le moment venu d'entreprendre des expéditions plus grandes et plus difficiles. Il y avait, au milieu d'immenses déserts, une place grande et forte nommée Capsa, qui passait pour avoir été fondée par l'Hercule Libyen[2]. Les habitants étaient exempts d'impôts, gouvernés avec douceur, et pour ce passaient pour être fort attachés à Jugurtha ; la ville était protégée contre les ennemis par ses remparts, son armement et ses soldats, mais surtout par les difficultés du terrain. Car, sauf les environs immédiats de Capsa, tout le reste est désert, inculte, privé d'eau, infesté de serpents dont la férocité, comme chez toutes les bêtes

---

1. A l'époque de Salluste, *castellum*, diminutif de *castrum*, ne désigne encore que des ouvrages de peu d'importance, généralement en terre, et n'a pas le sens que prendra plus tard le mot château. Chez les Romains, ces redoutes étaient défendues par un terrassement surmonté d'une palissade.

2. Capsa, aujourd'hui Gafsa, sur le territoire des Maxyes, au nord du lac Triton, tout à fait au sud-est du royaume de Jugurtha, qui y avait déposé ses trésors, comme nous l'apprend STRABON, l. 17, 81. La ville devint municipe sous Hadrien, et plus tard colonie.

nudatum <iri> si ea pateretur, aut proelio certaturum. [5]Nam Bocchus nuntios ad eum saepe miserat, uelle populi Romani amicitiam, ne quid ab se hostile timeret. [6]Id simulaueritne, quo improuisus grauior accideret, an mobilitate ingeni pacem atque bellum mutare solitus, parum exploratum est.

LXXXIX. [1]Sed consul, uti statuerat, oppida castellaque munita adire, partim ui, alia metu aut praemia ostentando auortere ab hostibus. [2]Ac primo mediocria gerebat, existumans Iugurtham ob suos tutandos in manus uenturum. [3]Sed ubi magis procul abesse et aliis negotiis intentum accepit, maiora et magis aspera aggredi tempus uisum est. [4]Erat inter ingentis solitudines oppidum magnum atque ualens, nomine Capsa, cuius conditor Hercules Libys memorabatur. Eius ciues apud Iugurtham inmunes, leui imperio et ob ea fidelissumi habebantur; muniti aduorsum hostis non moenibus modo et armis atque uiris, uerum etiam multo magis locorum asperitate. [5]Nam praeter oppida propinqua, alia omnia uasta, inculta, egentia aquae, infesta serpen-

---

iri *add. Meiser* : fore *Prammer; codicum lectionem seruat Jordan, coniciens post* pateretur *aliquot uerba cecidisse, uelut* in manus uenturum, *uel aliquid simile* || certaturum : certaretur *B* || 5 nuntios ad eum saepe : ad eum nuntios saepe *B* saepe ad eum *M* (nuntios *om.*) || 6 simulaueritne : -ratne T^1 *n* || accideret *P* (*ex* acciderat) A^1*l n* : accederet *cett.* || mobilitate : no- A^1 m^1 || pacem atque bellum : pacem aut bellum *TFμ s* bellum aut pacem *D* | solitos *H*.

LXXXIX. 1 uti statuerat *XH,M* (statuerat uti), *l n m* : uti *(eras. N)* constituerat *Y (praeter HM) s* || munita : in *sec. manu s.s. A* immunita *C* || 4 libys : libyes *A* (uel lybis i.e. de lybia *s.s.*) libris *B* libis *uel* lybis *cett.* || immunes : munes *in ras. al. man. m* | aduersus *M l* || 5 oppido : *ex* oppidum *A* uel oppidum *s.s. D* oppida *Q* || propinqua : sc. loca *s.s. C* propinqua loca *M n* || uasta inculta : uasta et inculta *Q* uasta incultaque *n* || aquae : *ex* atque *P* atque *T*, *ex* eaque *N l*.

sauvages, s'accroît par le défaut de nourriture ; de plus le serpent, dangereux par lui-même, n'a rien qui l'exaspère autant que la soif[1]. Marius avait le plus vif désir de s'emparer de Capsa, tant à cause de son importance pour la guerre que des difficultés de l'entreprise, et de la gloire que Métellus s'était acquise par la prise de Thala, dont la situation et le défense ne différaient guère, sauf qu'à Thala il y avait quelques sources non loin des remparts, tandis que Capsa n'avait qu'une seule fontaine d'eau vive, et encore située à l'intérieur de la place, et devait pour le reste recourir à l'eau de pluie. Cette disette d'eau, là comme dans toute la partie de l'Afrique éloignée de la mer et demeurée sauvage, était d'autant plus facilement tolérée que les Numides ne se nourrissaient guère que de lait et de venaison, sans employer de sel ni d'autres stimulants de l'appétit. Les aliments leur servaient à combattre la faim et la soif ; ils n'étaient pas pour eux un instrument de plaisir ou de débauche[2].

XC. Donc, après avoir tout examiné, et s'en remettant, j'imagine, à l'assistance des dieux pour vaincre des difficultés auxquelles la sagesse humaine ne pouvait pourvoir seule — il était même menacé de man-

---

1. Allusion peut-être à ces serpents que les Grecs appellent διψάδες, et qui tirent leur nom de la soif, δίψα, soit parce qu'ils passaient pour être continuellement altérés, soit que leur morsure causât, dit-on, une soif inextinguible. Ce sont eux que représente Lucain, lorsqu'il dépeint la marche de Caton à travers la Libye, et son arrivée près d'une source où la présence des reptiles, épouvantant ses soldats, menace de les faire périr de soif :

Stabant in margine siccae
Aspides, in mediis sitiebant dipsades undis.
(*Phars*. 9, 609-10).

2. Trait de satire non déguisée contre les raffinements de la table qui s'étaient introduits à Rome depuis la conquête de la Grèce et de l'Orient. Tacite dit de même des Germains : *sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem.* (*Germanie*, 23).

tibus quarum uis, sicuti omnium ferarum, inopia cibi acrior. Ad hoc natura serpentium ipsa perniciosa siti magis quam alia re accenditur. [6]Eius potiundi Marium maxuma cupido inuaserat, cum propter usum belli, tum quia res aspera uidebatur et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud dissimiliter situm munitumque, nisi quod apud Thalam haud longe a moenibus aliquot fontes erant, Capsenses una modo atque ea intra oppidum iugi aqua, cetera pluuia utebantur. [7]Id ibique et in omni Africa, quae procul a mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur quia Numidae plerumque lacte et ferina carne uescebantur, et neque salem neque alia inritamenta gulae quaerebant. [8]Cibus illis aduorsus famem atque sitim, non lubidini neque luxuriae erat.

XC. [1]Igitur consul, omnibus exploratis, credo dis fretus — nam contra tantas difficultates consilio satis prouidere non poterat, quippe etiam frumenti inopia

---

Test. LXXXIX. 5 quod genus siti magis quam alia re accenditur SERV. *Ge. 3,434 ; cf.* SCHOL. BERN. *p. 948* || 7 neque salem... gulae irritamenta PRISC. *II 147,5* neque salem... quaerebant PROBVS *Nom. Gramm. IV 209,12* ; CHAR. *I 106,12* ; SERG. *IV 542,14 ; cf.* CLAVD. DON. *Aen. 1,210* ; TAC. *H. 2,62* ; AMM. MARC. *28,4,3* ; HIER. *Adu. Iou. 2,10.*

quarum : *ex* quorum *B* quorum *A²CH n* || natura serpentium ipsa : natura ipsa serpentium *n* ipsa *s.s. m*, *om. HΓ* || 6 cum propter : uel tum *s.s. Q* tum propter *MF s n* propter *K* || thalam : thale *DFμ* || ceperat : *ex* acceperat *P ras. ante* ceperat *μ* || cetera : per cetera *MTF* || 7 id ibique et *A²ΣK²H²M²D² n²* : id ubique et *PA¹Y (praeter T) l s m* idque ubique et *T* || agebat : -batur *n* -bant *T* || gulae irritamenta *Q Prisc.* || 8 illis : *om. et* sc. illis *s.s. AQ* || aduersum : *ex* aduersus *PC* aducrsus *H* || atque : et *F m* || libidini : *ex* -ne *PA*.

XC. 1 dis (diis) fretus : diffretus *PD¹*.

quer de blé, parce que les Numides s'intéressent davantage à l'élevage du bétail qu'au labourage, et que le roi avait déjà fait transporter toutes les récoltes dans des places fortes ; de plus, c'était la fin de l'été, la campagne était alors aride, et absolument nue — néanmoins, le consul, autant que les circonstances le permettent, pourvoit à tout avec toute la prudence exigée. Il donne ordre à la cavalerie auxiliaire de faire avancer tout le bétail capturé les jours précédents ; envoie son lieutenant A. Manlius avec l'infanterie légère à Lares[1], place où il avait déposé la solde et les vivres de réserve, et il annonce qu'il s'y rendra lui-même dans quelques jours, en pillant le pays. Ayant ainsi caché son dessein, il s'avance vers le Tanaïs[2].

XCI. Cependant, en cours de route, il avait distribué chaque jour à son armée par centuries et par escadrons une quantité égale de bétail, avec la peau duquel il faisait faire des outres : il parait ainsi au manque de blé, et préparait en même temps, à l'insu de tous, les récipients dont il allait avoir besoin ; quand au bout de six jours on atteignit le fleuve, un très grand nombre d'outres se trouva fait. Là, après avoir établi un camp légèrement fortifié, il ordonne aux soldats de prendre leur repas, et de se tenir prêts à partir pour le coucher du soleil ; de jeter bas tous leurs bagages pour ne se charger que d'eau, eux et les bêtes de somme. Puis, quand il juge le moment venu, il quitte le camp, marche pendant toute la nuit, puis fait halte ; il en fait autant la nuit suivante ; la troisième nuit, bien avant le lever du

1. *Laris* : sans doute acc. pluriel de *Lares*, ville dont les ruines (Henchir Lorbeus) sont à 18 kilomètres au sud de Sicca (Le Kef). GSELL, p. 32.
2. Aujourd'hui l'oued el Derb, rivière pérenne qui passe à 100 km. environ de Capsa. GSELL, p. 233.

temptabatur, quia Numidae pabulo pecoris magis quam aruo student, et quodcumque natum fuerat iussu regis in loca munita contulerant ; ager autem aridus et frugum uacuos ea tempestate, nam aestatis extremum erat —, tamen pro rei copia satis prouidenter exornat. [2]Pecus omne quod superioribus diebus praedae fuerat equitibus auxiliariis agendum adtribuit ; A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locauerat, ire iubet dicitque se praedabundum post paucos dies eodem uenturum. [3]Sic incepto suo occultato pergit ad flumen Tanain.

XCI. [1]Ceterum in itinere cottidie pecus exercitui per centurias, item turmas aequaliter distribuerat et ex coriis utres uti fierent curabat ; simul inopiam frumenti lenire et ignaris omnibus parare quae mox usui forent. Denique sexto die, cum ad flumen uentum est, maxuma uis utrium effecta. [2]Ibi castris leui munimento positis, milites cibum capere atque uti simul cum occasu solis egrederentur paratos esse iubet ; omnibus sarcinis abiectis, aqua modo seque et iumenta onerare. [3]Dein, postquam tempus uisum, castris egreditur noctemque totam itinere facto consedit ; idem proxuma facit ; dein tertia,

---

Test. XC. 1 ager... uacuus NON. *498,30* ; ARVS. *VII 514,13.*

quia *PACQ l s* : quod *BY n m* || loca : *ex* loco *P* || ager aridus et *om. Arus.* || prouidenter : euidenter *F s* || 2 manlium : manilium $P^1A^1B^2N$ *l* || dicitque : *ex* dicetque *PA* || 3 tanain *PAFμ l s* : tanaim *ΣN,H (s.s.) TD n* (tanaym) tha... *in ras. K, om. M m.*

XCI. 1 item turmas : per *s.s. AT m* item per turmas *C* || simul inopiam *PΣNK l s* : simul et inopiam *HΓ n m* statim inopiam *A* || parare : bat *s.s. C* parabat *m* pararent *N* || effecta : sc. est *s.s. AC* est *s.s. T* || 3 uisum : est *s.s. AQT m, alii* uisum est *C l* || idem : idemque *HTDFμ* item *A* (idem *al. manu s.s.*) *QNK* || proxima : sc. nocte *s.s. ACQ* proxima nocte *TDFμ.*

soleil, il arrive dans une région accidentée, située à deux milles au plus de Capsa ; là, il se cache le mieux qu'il peut avec toutes ses troupes, et il attend. Au lever du jour, les Numides, croyant n'avoir rien à craindre de l'ennemi, sortent de la place en grand nombre ; alors le consul détache brusquement toute sa cavalerie et son infanterie la plus rapide avec ordre de gagner Capsa au pas de course, et d'en occuper les portes ; lui-même, plein d'ardeur, se hâte de les suivre, sans permettre aux soldats de piller. Lorsque les habitants virent le danger, le trouble, la terreur, la surprise, la pensée aussi qu'une partie de leurs compatriotes se trouvaient hors des murs au pouvoir de l'ennemi, tout les contraignit à se rendre. Malgré cela, la ville fut incendiée ; les Numides en âge de porter les armes, massacrés ; tous les autres vendus comme esclaves ; le butin distribué aux soldats. Cet acte contraire au droit de la guerre ne fut inspiré au consul ni par la cupidité, ni par la cruauté ; mais la place était avantageuse pour Jugurtha, d'un accès difficile pour nous ; et la population, versatile, perfide, incapable jusqu'alors d'être contenue par la bienveillance ni par la crainte[1].

XCII. Après cet exploit accompli sans avoir coûté un seul homme, la gloire de Marius déjà grande auparavant, devint plus grande et plus illustre encore. Ses projets les plus hasardeux étaient mis au compte de sa bravoure ; ses soldats, traités avec ménagement par un général qui les enrichissait, le portaient aux nues ; les Numides le redoutaient plus qu'un mortel : bref tous, alliés et ennemis, lui croyaient un esprit divin ou tout

1. La justification que donne Salluste de ce massacre général est assez embarrassée : la place ayant capitulé, les habitants auraient dû avoir la vie sauve. Mais Marius voulait « faire un exemple », et surtout s'attacher l'armée en lui permettant le pillage.

multo ante lucis aduentum, peruenit in locum tumulosum ab Capsa non amplius duum milium interuallo, ibique quam occultissume potest cum omnibus copiis opperitur. [4]Sed ubi dies coepit et Numidae nihil hostile metuentes multi oppido egressi, repente omnem equitatum et cum his uelocissumos pedites cursu tendere ad Capsam et portas obsidere iubet. Deinde ipse intentus propere sequi neque milites praedari sinere. [5]Quae postquam oppidani cognouere, res trepidae, metus ingens, malum improuisum, ad hoc pars ciuium extra moenia in hostium potestate coegere uti deditionem facerent. [6]Ceterum oppidum incensum, Numidae puberes interfecti, alii omnes uenumdati, praeda militibus diuisa. [7]Id facinus contra ius belli, non auaritia neque scelere consulis admissum, sed quia locus Iugurthae opportunus, nobis aditu difficilis, genus hominum mobile, infidum, ante neque beneficio neque metu coercitum.

XCII. [1]Postquam tantam rem Marius sine ullo suorum incommodo peregit, magnus et clarus antea maior atque clarior haberi coepit. [2]Omnia non bene consulta in uirtutem trahebantur ; milites modesto imperio habiti simul et locupletes ad caelum ferre ; Numidae magis quam mortalem timere ; postremo omnes, socii atque hostes, credere illi aut mentem diuinam esse, aut

---

ibique : que *s.s. al. manu m*, *om. M* ubique *A* || **4** ipse intentus : ipse *s.s. K*, *om. M* intentus ipse *n* || **5** coegere : cogere (e *eras.*) *H* cogere *Q s* || **7** ante neque : ante *s.s. A*, *om. Y* (aneque *N*, c *s.s. ut* ac *fiat ; ras. ante* neque *D*) ante metu *m* || coercitum : *ex* coercetur *A* coercetur *N*.

XCII. **1** peregit *A*[2]Σ *n* : gessit *H*, *om. cett.* (effecit *post* incommodo *habet m ; alia manu s.s.* patrauit *K* fecit uel peregit *T*) || magnus et clarus : magnus clarus *N* magnus ac clarus *m* || tunc maior *H* || maior atque : atque *s.s. A* maior et *C* || **2** hostes : cohortes *N l s*[1].

20 qua *Madvig* : quam *V* || ire *Madvig* : iri *V* || audeas *V* : audeat *Kortte* || **21** uictoriam *V* : uictorem *Kritz* || **23** intellegerent *V* : intellegerint *Gerlach* || **24** res secundae *Sen.*

fin de la guerre que si la plèbe demeure chassée de ses terres, si le butin fait sur les citoyens est distribué aux esclaves[1] ; si la justice suprême et le droit de tout juger, qui jadis appartenaient au peuple Romain, sont remis tout entiers entre ses mains. Si c'est là ce que vous entendez par les mots de paix et d'accord, approuvez donc le bouleversement général et la destruction de la république ; agréez les lois qu'on vous impose, acceptez le repos avec la servitude, et montrez à la postérité comment on peut anéantir la république au prix même du sang de ses citoyens. Pour moi, bien que l'honneur suprême dont je suis revêtu assurât à la gloire de mes ancêtres une dignité, et même une protection suffisante, je n'ai pas cru devoir séparer mes intérêts des vôtres, et la liberté avec tous ses périls m'a semblé préférable à la tranquillité dans l'esclavage. Si vous m'approuvez, levez-vous, Citoyens, et avec l'aide favorable des dieux, suivez M. Aemilius, votre consul, votre chef, et venez recouvrer votre liberté. »

---

[1] Kurfess dans la 11e éd. du *Salluste* de Jacobs-Wirz, Berlin, 1922, traduit *praeda ciuilis acerbissuma* par « die schmerzlichste Beraubung, die Bürgern widerfahren konnte ». Mais *praeda* n'est pas *praedatio* ; et *praeda ciuilis* ne peut signifier « le pillage des citoyens » qu'en y mettant beaucoup de complaisance ; enfin l'adj. *acerbissuma* est bien étrange.

belli finem ait, nisi maneat expulsa agris plebes, praeda ciuilis *diui*sa *ser*u*is*, sum*mum* ius iudiciumque omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit.

[25]Quae si uobis pax et composita intelleguntur, maxuma turbamenta rei publicae atque exitia probate, adnuite legibus inpositis, accipite otium cum seruitio et tradite exemplum posteris ad rem publicam suimet sanguinis mercede circumueniundam. [26]Mihi, quamquam per hoc summum imperium satis quaesitum erat nomini maiorum dignitati*s* atque etiam prae*sidi*, tamen non fuit consilium priuatas opes facere, potiorque uisa est periculosa libertas quieto seruitio. [27]Quae si probatis, adeste, Quirites, et, bene iuuantibus dis, M. Aemilium consulem ducem et auctorem sequimini ad recipiundam libertatem. »

---

diuisa seruis, summum ius *Iacobs* : acerbissima ius V, *seruant plerique, sed quid* praeda ciuilis acerbissima *significet non intellego* || 25 composita *(neutrum plurale intellegendum)* : concordia *Aldus* || 26 dignitatis... praesidii *Madvig* : dignitati... praedio V dignitati... praesidio *Aldus.*

DISCOURS DE L. MARCIUS PHILIPPUS DEVANT LE SÉNAT

« Je voudrais avant tout, P. C., que rien ne vînt troubler la tranquillité de la République, ou que du moins elle fût défendue, en cas de danger, par les plus résolus de ses citoyens ; je voudrais enfin voir les entreprises coupables tourner contre leurs auteurs. Mais au contraire tout est troublé par des séditions qu'ont soulevées ceux-là même qui avaient plus que tous autres le devoir de les empêcher ; enfin, ce sont les bons et les sages qui doivent exécuter les décisions prises par les plus mauvais et les plus sots. Ainsi, malgré votre aversion pour la guerre, il vous faut pourtant prendre les armes, parce que tel est le bon plaisir de Lépide ; à moins que peut-être l'un de vous n'ait le dessein de lui assurer la paix et de supporter sa guerre. O dieux bons, qui protégez encore cette ville dont nous avons cessé de prendre soin[1], M. Aemilius le dernier des scélérats, dont on ne saurait dire s'il est plus lâche ou plus méchant, possède une armée pour étrangler la liberté, et naguère encore méprisé, le voici qui s'est rendu redoutable. Et vous, sénateurs, toujours hésitants et tergiversants, avec votre verbiage et les prophéties de vos devins, vous souhaitez la paix au lieu de la défendre, et vous ne voyez pas que la

1. Texte et sens controversés ; mais la leçon du Vaticanus *omissa cura* (scil. *nostra*) est défendable, quoique obscure à force de concision. Haupt a proposé de lire *amissa curia* « après l'abandon du Sénat ». D'autres font de *qui* un interrogatif équivalant à *quomodo* ; le sens serait alors : « O dieux bons, comment protégez-vous cette ville, vous qui avez cessé de vous en soucier ? » Mais ceci ne serait qu'une tautologie assez plate.

II

ORATIO M. PHILIPPI IN SENATV

« [1]Maxume uellem, Patres conscripti, rem publicam quietam esse, aut in periculis a promptissumo quoque defendi, denique praua incepta consultoribus noxae esse. Sed contra seditionibus omnia turbata sunt, et ab eis quos prohibere magis decebat ; postremo, quae pessumi et stultissumi decreuere, ea bonis et sapientibus faciunda sunt. [2]Nam bellum atque arma, quamquam uobis inuisa, tamen quia Lepido placent, sumunda sunt ; nisi forte cui pacem praestare et bellum pati consilium est. [3]Pro di boni, qui hanc urbem omissa cura adhuc tegitis, M. Aemilius, omnium flagitiosorum postremus, qui peior an ignauior sit deliberari non potest, exercitum opprimundae libertatis habet et se <e> contempto metuendum effecit ; uos, mussantes et retractantes uerbis et uatum carminibus, pacem optatis magis quam defen-

---

II. ORATIO PHILIPPI IN SEA *V*.

1 defeadi *V* || praua *Aldus* : parua *V* || 3 omissa cura *V* : amissa curia *Haupt ; uerba* omissa cura *ad deos referenda esse censet Burnouf qui totum locum sic intellegit* : « Pro di boni, qui hanc urbem etiamnum regitis, quamuis eius omittatis curam » *et addit* : Et certe dii Romae *curam omittunt*, qui tam infanda fieri patiantur ; urbem tamen *adhuc regunt*, quum urbs stet adhuc, quamvis tam infanda fiant. » *Nimis subtiliter.* || e *add. uulgo* || carminibus *uulgo* : carminis *V*.

mollesse de vos résolutions enlève, à vous toute dignité, et à lui toute crainte.

Et il a bien raison, puisque ses rapines lui ont valu le consulat, et sa sédition une province avec une armée. Qu'aurait-il gagné à vous bien servir, quand vous avez si bien récompensé ses crimes ? Mais sans doute ceux qui jusqu'à la fin n'ont fait que voter l'envoi de députés à Lépide, la paix, la concorde, et autres choses semblables, auront-ils obtenu sa reconnaissance ? Loin de là ; méprisés par lui et jugés indignes d'aucun rôle politique, ils ne sont à ses yeux qu'une proie, eux que la peur pousse à redemander la paix, comme la peur la leur a fait perdre.

Pour moi, dès l'origine, voyant l'Étrurie soulevée, les proscrits rappelés, les deniers de l'État dilapidés en largesses intéressées, je pensais qu'il fallait se hâter, et j'ai suivi avec quelques autres l'avis de Catulus. Mais ceux qui vantaient les services de la famille Émilienne, et qui disaient que Rome devait sa grandeur à sa politique de pardon, ajoutant que du reste Lépidus n'avait pas encore bougé, alors que de son autorité privée, il avait pris les armes pour détruire la liberté, tous ces gens, en cherchant chacun pour soi des patronages ou des appuis, ont ruiné l'action publique.

Cependant Lépidus n'était encore qu'un brigand avec quelques valets d'armée et des assassins à gages, gens dont aucun ne voudrait donner sa vie pour le salaire d'un jour ; maintenant le voilà proconsul avec des pleins pouvoirs, non plus achetés, mais conférés par vous ; il a des lieutenants que la loi oblige jusqu'ici à lui obéir ; en outre vers lui sont accourus les hommes les plus corrompus de chaque ordre, dévorés de misères et de désirs, tourmentés par la conscience de leurs crimes, pour lesquels il n'est de repos que dans les séditions, et d'inquiétudes que dans la paix. Ils sèment le désordre

ditis, neque intellegitis mollitia decretorum uobis dignitatem, illi metum detrahi. [4]Atque id iure, quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem prouinciam cum exercitu adeptus est. Quid ille ob benefacta cepisset, cuius sceleribus tanta praemia tribuistis? [5]At scilicet eos qui ad postremum usque legatos, pacem, concordiam et alia huiuscemodi decreuerunt, gratiam ab eo peperisse? Immo, despecti et indigni re publica habiti, praedae loco aestumantur, quippe metu pacem repetentes quo habitam amiserant.

[6]Equidem a principio, cum Etruriam coniurare, proscriptos accersi, largitionibus rem publicam lacerari uidebam, maturandum putabam et Catuli consilia cum paucis secutus sum. Ceterum illi qui gentis Aemiliae bene facta extollebant et ignoscundo populi Romani magnitudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant, cum priuata arma opprimundae libertatis cepisset, sibi quisque opes aut patrocinia quaerundo consilium publicum corruperunt. [7]At tunc erat Lepidus latro cum calonibus et paucis sicariis, quorum nemo diurna mercede uitam mutauerit. Nunc est pro consule cum imperio non empto sed dato a uobis, cum legatis adhuc iure parentibus, et ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissumi, flagrantes inopia et cupidinibus, scelerum conscientia exagitati, quibus quies in seditionibus, in pace turbae sunt. Hi

---

Test. 5 et indigni re p. Arvs. *VII 480,19.*

5 ab eo *uulgo* : habeo *V* || 7 tunc *Kritz* : tum *V.*

après le désordre, la guerre après la guerre, autrefois satellites de Saturninus, puis de Sulpicius, ensuite de Marius et dc Damasippus, enfin de Lépidus. En outre l'Étrurie, et tous les débris de la guerre relèvent la tête ; les Espagnes sont travaillées par la révolte ; Mithridate, posté sur le flanc des seuls peuples dont le tribut nous soutient encore, épie le jour de la guerre ; enfin, hormis un chef capable, rien ne manque pour jeter à bas l'Empire. Aussi je vous en prie, je vous en conjure, P. C., prêtez-y votre attention, et ne souffrez pas que la liccnce du crime atteigne comme une rage contagieuse ceux qui n'en ont pas encore été touchés. Car lorsque les récompenses vont aux méchants, on a bien de la pcine à rester gratuitement homme de bien.

Attendez-vous que, reparaissant avec une armée, Lépidus envahisse Rome, le fer et la flamme à la main ? Il y a beaucoup moins loin de l'état actuel des choses à cet attentat, qu'il n'y avait de la paix et de la concorde à la guerre civile ; guerre qu'il a entreprise, contre toutes les lois divines et humaines, non pour venger ses injures ou les injures prétendues d'autrui, mais pour renverser les lois et la liberté. Il est en effet poussé et tourmenté à la fois par l'ambition et la crainte du châtiment, irrésolu, inquiet, essayant de ceci, puis de cela ; il craint le repos, il redoute la guerre ; il voit qu'il devra renoncer à son luxe, à ses débauches ; et en attendant, il abuse de votre indolence. Pour moi, je ne sais au juste quel nom donner à votre attitude : est-ce crainte, lâcheté, ou folie ? car devant ces maux si grands qui vous menacent, vous me paraissez vous comporter comme devant la foudre : chacun de vous souhaite de n'en être pas atteint, mais, pour les écarter, aucun ne fait le moindre effort.

Et considérez, je vous prie, combien le monde est renversé. Autrefois les complots se tramaient en secret,

tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt, Saturnini olim, post Sulpici, dein Mari Damasippique, nunc Lepidi satellites. [8]Praeterea Etruria atque omnes reliquiae belli adrectae; Hispaniae armis sollicitae; Mithridates, in latere uectigalium nostrorum quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit ; quin, praeter idoneum ducem, nihil abest ad subuortendum imperium.

[9]Quod ego uos oro atque obsecro, patres conscripti, ut animaduortatis ; neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros contactu procedere. Nam ubi malos praemia sequontur, haud facile quisquam gratuito bonus est. [10]An exspectatis dum exercitu rursus admoto ferro atque flamma urbem inuadat ? Quod multo propius est ab eo quo agitat statu, quam ex pace et concordia ad arma ciuilia, quae ille aduorsum diuina et humana omnia cepit, non pro sua aut quorum simulat iniuria, sed legum ac libertatis subuortundae. [11]Agitur enim ac laceratur animi cupidine et noxarum metu ; expers consili, inquies, haec atque illa temptans, metuit otium, odit bellum ; luxu atque licentia carendum uidet atque interim abutitur uostra socordia. [12]Neque mihi satis consili est metum, an ignauiam, an dementiam eam appellem ; qui uidemini *t*anta mala quasi fulmen optare se quisque ne attingat, sed prohibere ne conari quidem.

[13]Et, quaeso, considerate quam conuorsa rerum natura sit. Antea malum publicum occulte, auxilia palam ins-

---

9 neu *Carrio (?)* (« *nescio quis primus dederit* » *Iordan*) : ne *V* || 11 agitur *V* : angitur *uulg.* || 12 tanta *Orelli* : itanta *V* intenta *Aldus.*

et se réprimaient ouvertement : ainsi les bons citoyens déjouaient sans peine les projets des méchants. Aujourd'hui la paix et la concorde sont troublées ouvertement, et sont défendues en cachette. Les amis du désordre sont sous les armes, et vous sous la terreur.

Qu'attendez-vous ? Auriez-vous honte ou regret de faire votre devoir ? Seriez-vous ébranlés par les injonctions de Lépidus ? Il veut, dit-il, qu'on rende à chacun son bien, et il détient celui des autres ; qu'on abroge les droits de la guerre, et il nous contraint par les armes ; que l'on rende le droit de cité à ceux qui, selon lui, ne l'ont point perdu[1] ; que, pour ramener la concorde, on rétablisse la puissance tribunitienne, par laquelle ont été allumées toutes nos discordes.

O le plus méchant et le plus impudent des hommes ! La misère et le deuil des citoyens pourraient-ils t'émouvoir, toi qui ne possèdes rien chez toi que tu ne doives à la violence ou à l'injustice ? Tu brigues un second consulat, comme si tu avais fait remise du premier ; tu prétends rétablir la concorde par la guerre, et c'est la guerre qui la trouble quand elle règne ; traître envers nous, infidèle à tes complices, ennemi de tous les gens de bien, comme tu te ris des hommes et des dieux, que tu as offensés par tes perfidies et par tes parjures ! Eh bien, puisque tu es tel, demeure dans ta résolution, et garde tes armes, je t'y exhorte, de peur qu'en retardant tes entreprises séditieuses, ton humeur inquiète ne nous tienne sans cesse en alarmes. Ni les provinces ne veulent de toi pour proconsul[2], ni les lois, ni les dieux pénates ne veulent de toi pour citoyen. Poursuis ta route, afin de trouver au plus tôt la récompense qui t'est due.

Et vous, P. C., jusques à quand, par vos délais,

---

1. Cf. le discours de Lépide, § 12.
2. Texte conjectural.

truebantur, et eo boni malos facile anteibant. Nunc pax et concordia disturbantur palam, defenduntur occulte. Quibus illa placent in armis sunt, uos in metu. [14]Quid expectatis, nisi forte pudet aut piget recte facere? An Lepidi mandata animos mouere, qui placere ait sua cuique reddi, et aliena tenet; belli iura rescindi, cum ipse armis cogat; ciuitatem confirmari, quibus ademptam negat; concordiae gratia <plebei> tribuniciam potestatem restitui, ex qua omnes discordiae accensae? [15]Pessume omnium atque impudentissume, tibine egestas ciuium et luctus curae sunt, cui nihil est domi nisi armis partum aut per iniuriam? Alterum consulatum petis, quasi primum reddideris; bello concordiam quaeris, quo parta disturbatur. Nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum, ut te neque hominum neque deorum pudet quos per fidem aut periurio uiolasti! [16]Qui, quando talis es, maneas in sententia et retineas arma te hortor, neu prolatandis seditionibus, inquies ipse, nos in sollicitudine adtineas. Neque te <proconsulem> prouinciae, neque leges neque di penates ciuem patiuntur. Perge qua coeptas, ut quam matur*ru*me merita inuenias.

[17]Vos autem, patres conscripti, quo usque cunc-

---

14 plebei tribuniciam potestatem *Prisc.* : plebei *om.* *V* || **16** <proconsulem> prouinciae : prouinciae *V* ; p. Romani iudicia *Madvig* prouinciae magistratum *Dietsch* proconsulem legiones *Wirz* || maturime *V*.

laisserez-vous la République sans défense, et n'opposerez-vous aux armes que des paroles ? Des troupes ont été levées contre vous ; de l'argent, enlevé de force au trésor public et aux particuliers, des garnisons déplacées ici, placées ailleurs ; on impose arbitrairement des lois, cependant que vous, vous préparez des députations et des décrets. Mais, croyez-moi, plus vous demanderez avidement la paix, plus la guerre qu'on vous fait sera poussée avec acharnement, car votre ennemi verra que l'appui qu'il a trouvé ici lui est venu chez vous de la crainte plutôt que d'un amour du bien et de la justice. Prétendre qu'on hait les troubles et le massacre des citoyens, et pour cette raison vous tenir désarmés devant un Lépidus en armes, c'est vouloir que vous souffriez le sort réservé aux vaincus, quand vous pouvez l'infliger à d'autres ; et c'est vous conseiller d'être en paix avec lui, tandis que lui vous fera la guerre. Mais si ces conseils vous agréent, si vos cœurs sont plongés dans une telle torpeur qu'oubliant les crimes de Cinna, dont le retour à Rome a causé la perte de tout ce qui faisait la gloire de notre ordre, vous êtes prêts à vous livrer à Lépidus avec vos femmes et vos enfants, qu'avez-vous besoin de vos décrets ? pourquoi recourir à Catulus ? C'est en vain que lui et d'autres bons citoyens veillent au salut de la République. Agissez comme il vous plaît ; ménagez-vous le patronage de Céthégus et des autres traîtres qui brûlent de recommencer les pillages, les incendies, et d'armer de nouveau leurs bras contre nos dieux Pénates. Mais si la liberté et la vérité vous agréent davantage, prenez des résolutions dignes de vous, et relevez le courage des braves citoyens. Vous avez avec vous une armée nouvelle, en outre les colonies de vétérans, toute la noblesse, des généraux excellents. La fortune se range toujours du côté des meilleurs. Bientôt les forces, à qui notre indolence a permis de se rassembler, se dissiperont.

tando rem publicam intutam patiemini et uerbis arma temptabitis ? Dilectus aduorsum uos habiti, pecuniae publicae et priuatim extortae, praesidia deducta atque inposita ; ex lubidine leges imperantur, cum interim uos legatos et decreta paratis. Quanto mehercule auidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit, cum intelleget se metu magis quam aequo et bono sustentatum. 18Nam qui turbas et caedem ciuium odisse ait et ob id, armato Lepido, uos inermos retinet, quae uictis toleranda sunt, ea cum facere possitis, patiamini potius censet. Ita illi a uobis pacem, uobis ab illo bellum suadet. 19Haec si placent, si tanta torpedo animos oppressit ut obliti scelerum Cinnae, cuius in urbem reditu decus ordinis huius interiit, nihilo minus uos atque coniuges et liberos Lepido permissuri sitis, quid opus decretis ? Quid auxilio Catuli ? Quin is et alii boni rem publicam frustra curant.

20Agite ut lubet ; parate uobis Cethegi atque aliorum proditorum patrocinia, qui rapinas et incendia instaurare cupiunt et rursus aduorsum deos penatis manus armare. Sin libertas et uera magis placent, decernite digna nomine et augete ingenium uiris fortibus. 21Adest nouos exercitus, ad hoc coloniae ueterum militum, nobilitas omnis, duces optumi. Fortuna meliores sequitur ; iam illa, quae socordia nostra conlecta sunt, dilabentur.

Test. **19** haec... obpressit Non. *229,4.*

17 mehercule ||| *V* (s *eras.*) || **18** turbas et *V* : turbas se et *Madvig* || **19** oppressit *V*, *Non. plerique codd.* : obrepsit *ex* obressit *cod. Leid. Non.*, obrepsit *Aldus* || quid *ex* qui *V* || **20** nomine : nomini *V* || **21** nostra : uostra *Dietsch.*

Voici donc mon avis : puisque M. Lepidus a de son autorité privée levé une armée composée de scélérats et d'ennemis de la république, et qu'à sa tête, au mépris de l'autorité de cet ordre, il marche contre la ville, je propose que l'interroi Appius Claudius, avec le proconsul Q. Catulus, et tous les autres magistrats en exercice, soient chargés de la sûreté de la ville, et veillent à ce que la République ne subisse aucun dommage. »

22 Quare ita censeo : quoniam M. Lepidus exercitum priuato consilio paratum cum pessumis et hostibus rei publicae, contra huius ordinis auctoritatem ad urbem ducit, uti Ap. Claudius interrex cum Q. Catulo pro consule et ceteris quibus imperium est, urbi praesidio sint operamque dent ne quid res publica detrimenti capiat. »

---

22 M. *add. Orelli.*

DISCOURS DU CONSUL C. COTTA AU PEUPLE ROMAIN

« Citoyens, il m'est arrivé, dans la paix comme dans la guerre, de traverser bien des périls, de subir bien des adversités ; de ces maux j'ai enduré les uns, j'ai repoussé les autres avec l'aide des dieux et par mon courage ; et jamais, dans toutes ces épreuves, la force d'âme ne m'a manqué pour la besogne, ni l'énergie pour mes décisions. Les revers et les succès pouvaient modifier mes ressources, non mon caractère. Mais à présent, dans les malheurs qui m'accablent, tout m'abandonne avec la fortune. De plus la vieillesse, par elle-même pesante, redouble mon souci, et ne me permet même plus, hélas, sur la fin de mes jours, d'espérer une mort honorable. Car si je suis pour vous un parricide, si, après avoir reçu deux fois l'existence[1], je fais bon marché de mes dieux Pénates, de ma patrie, de mon pouvoir suprême, quelle torture peut être assez cruelle pour moi pendant ma vie, ou quel châtiment après ma mort ? Tous les supplices qu'on raconte des enfers ne sont-ils pas bien au-dessous de mon crime ?

Dès ma première jeunesse, j'ai vécu sous vos yeux comme simple citoyen, et comme magistrat. Quiconque a voulu recourir à ma voix, à mes conseils, à ma bourse, a pu le faire ; je n'ai employé ni l'habileté de ma parole, ni celle de mon esprit à mal faire. Bien que fort désireux, dans la vie privée de me faire des amis, j'ai encouru les inimitiés les plus grandes pour défendre la République ; et lorsque vaincu avec elle, et réduit à invoquer

1. Allusion à son retour d'exil, en 82.

III

ORATIO C. COTTAE AD POPVLVM ROMANVM

«[1]Quirites, multa mihi pericula domi militiaeque, multa aduorsa fuere ; quorum alia toleraui, partim reppuli deorum auxiliis et uirtute mea. In quis omnibus numquam animus negotio defuit neque decretis labos. Malae secundaeque res opes, non ingenium, mihi mutabant. [2]At contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Praeterea senectus per se grauis curam duplicat, cui misero acta iam aetate ne mortem quidem honestam sperare licet. [3]Nam si parricida uostri sum et, bis genitus hic, deos penatis meos patriamque et summum imperium uilia habeo, quis mihi uiuo cruciatus satis est aut quae poena mortuo ? Quin omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo uici.

[4]A prima adulescentia in ore uostro, priuatus et in magistratibus, egi. Qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia uoluere, usi sunt ; neque ego callidam facundiam neque ingenium ad male faciundum exercui. Auidissumus priuatae gratiae maxumas inimicitias pro re publica suscepi ; quis uictus cum illa simul, cum egens

---

III. ORATIO CAI. COTTAE AD $\overline{\text{PR}}$. *V.*

Test. 2 senecta iam aetate SERV. *Aen. 11,65.*

1 *uerba* quirites — uirtute mea *in extant in palimpsestis Berolinensi et Aurelianensi (A)* || aduersa *A* || tolerabi *A* || numqua * animus *in mg. V* || 2 acta : senecta *Seru.* (senecta iam aetate) *in Aen. 11,165 ; «ad alium locum crediderim pertinere» (Ahlberg)* || 4 callidam : caninam *Carrio.*

le secours d'autrui, je m'attendais à de nouveaux malheurs, vous, Citoyens, vous m'avez rendu ma patrie, mes dieux pénates, en même temps la plus haute dignité. Pour tant de bienfaits, c'est à peine si je me croirais assez reconnaissant si, par impossible, j'avais une vie à donner à chacun de vous. Car la vie et la mort ne dépendent que de la nature ; mais une existence sans déshonneur au milieu de ses concitoyens, mais une réputation et une fortune intactes, voilà des choses qui se donnent et se reçoivent à titre de présents.

Vous nous avez faits consuls, Citoyens, dans un moment où la République avait les plus grands embarras, au dedans comme au dehors. En Espagne, nos généraux réclament de l'argent pour la solde, des soldats, des armes, du blé ; et la situation les y force, puisque la défection des alliés et la fuite de Sertorius dans la montagne ne leur permettent ni de livrer bataille, ni de se procurer le nécessaire. Nous sommes obligés, à cause des forces immenses de Mithridate, d'entretenir des armées en Asie et en Cilicie ; la Macédoine est pleine d'ennemis, comme aussi les côtes de l'Italie et des provinces, cependant que les tributs diminués et rendus incertains par les guerres couvrent à peine une partie des dépenses ; si bien que la flotte qui protégeait nos convois est moins nombreuse que par le passé. Si tous ces maux sont dus à notre trahison ou à notre négligence, suivez les conseils de votre colère, livrez-nous au bourreau ; mais si c'est la fortune qui nous est contraire, à nous comme à vous, pourquoi vous porter à des actes indignes de vous, de nous, et de la République ?

Pour moi, cette mort dont l'âge me rapproche, je ne la refuse pas, si par elle je peux vous enlever quelque chose de vos maux ; et la nature ne saurait mettre fin plus honorablement à ma vie que si je l'offre pour vous sauver. Me voici donc, moi, C. Cotta, votre consul ; je fais

alienae opis plura mala expectarem, uos, Quirites, rursus mihi patriam deosque penatis cum ingenti dignitate dedistis. [5]Pro quibus beneficiis uix satis gratus uidear, si singulis animam, quam nequeo, concesserim. Nam uita et mors iura naturae sunt ; ut sine dedecore cum ciuibus fama et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur.

[6]Consules nos fecistis, Quirites, domi bellique impeditissuma re publica. Namque imperatores Hispaniae stipendium, milites, arma, frumentum poscunt ; et id res cogit, quoniam defectione sociorum et Sertori per montis fuga neque manu certare possunt neque utilia parare. [7]Exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur ; Macedonia plena hostium est, nec minus Italiae marituma et prouinciarum ; cum interim uectigalia parua et bellis incerta uix partem sumptu*u*m sustinent. Ita classe, quae commeatus tuebatur, minore quam antea nauigamus. [8]Haec si dolo aut socordia nostra contracta sunt, agite, ut monet ira, supplicium sumite ; sin fortuna communis asperior est, quare indigna uobis nobisque et re publica incipitis ?

[9]Atque ego, cuius aetati mors propior est, non deprecor, si quid ea uobis incommodi demitur ; neque mox ingenio corporis honestius quam pro uostra salute finem uitae fecerim. [10]Adsum en C. Cotta consul ; facio

---

5 iurâ *V* || 7 sumptum *V* || tuebatur *V* : *an* tueatur *?* || qua commeatus uehebantur *uett. edd.* || 9 ingenio corporis *V* : ingenuo corpori *Aldus.*

ce que maintes fois nos ancêtres ont fait dans des guerres difficiles : je me dévoue, je me sacrifie pour la République. A vous de voir ensuite autour de vous à qui vous la confierez ; car nul honnête homme ne voudra d'un tel honneur, lorsqu'il lui faudra répondre et de la fortune, et de la mer, et d'une guerre menée par d'autres, ou mourir dans la honte. Rappelez-vous seulement que moi ce n'est point pour un crime ou pour des malversations que j'aurai été mis à mort, mais que c'est volontairement que je vous ai fait don de ma vie pour prix de tous vos bienfaits.

J'en appelle à vous-mêmes, Citoyens, j'en appelle à la gloire de vos ancêtres, sachez supporter l'adversité, et songez à la République. L'empire du monde comporte beaucoup de soucis, beaucoup de tâches gigantesques ; c'est en vain que vous voulez vous y soustraire et que vous demandez l'opulence de la paix, quand toutes les provinces, tous les royaumes, toutes les mers et les terres sont tourmentés ou épuisés par la guerre. »

quod saepe maiores asperis bellis fecere : uoueo dedoque me pro re publica, quam deinde cui mandetis circumspicite. [11]Nam talem honorem bonus nemo uolet, cum fortunae et maris et belli ab aliis acti ratio reddunda aut turpiter moriundum sit. [12]Tantum modo in animis habetote non me ob scelus aut auaritiam caesum, sed uolente*m* pro maxumis beneficiis animum dono dedisse.

[13]Per uos, Quirites, et gloriam maiorum, tolerate aduorsa et consulite rei publicae. [14]Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores, quos nequiquam abnuitis et pacis opulentiam quaeritis, cum omnes prouinciae, regna, maria terraeque aspera aut fessa bellis sint. »

---

12 uolente *V*.

LETTRE DE CN. POMPÉE AU SÉNAT

« Si c'était en combattant contre vous, contre la patrie et les dieux pénates que j'eusse enduré toutes les fatigues, tous les périls, au prix desquels, depuis ma première jeunesse, j'ai par mon commandement défait vos pires ennemis et assuré votre salut[1], vous n'auriez pas pris de décision plus grave contre moi, en mon absence, que vous ne faites maintenant, P. C. ; vous qui, après m'avoir lancé, malgré mon âge, dans une guerre terrible avec une armée qui a si bien mérité de la patrie, vous nous condamnez, autant qu'il est en vous, à la plus misérable des morts, à la mort par la faim. Est-ce dans cet espoir que le peuple Romain a envoyé ses fils à la guerre ? Est-ce là la récompense de nos blessures, et de notre sang tant de fois versé pour la République ? Fatigué d'écrire et d'envoyer des députés, j'ai épuisé toutes mes ressources personnelles et tout mon crédit, tandis que vous, dans un espace de trois ans vous nous avez donné à peine la subsistance d'une année. Par les dieux immortels, pensez-vous que je puisse suppléer au trésor, ou entretenir une armée sans vivres et sans argent ?

J'avoue du reste que je suis parti pour cette guerre avec plus de zèle que de réflexion ; car, sans avoir reçu de vous autre chose que le titre de mon commandement, j'ai, en quarante jours, levé une armée, j'ai refoulé des Alpes jusqu'en Espagne un ennemi dont la menace pesait déjà sur l'Italie. A travers ces montagnes, je

---

1. C'est à vingt-trois ans que Pompée avait débuté, en armant lui-même un corps de Picentins avec lequel il se rangea du côté de Sulla.

IV

EPISTVLA CN. POMPEI AD SENATVM

«[1]Si aduorsus uos patriamque et deos penatis tot labores et pericula suscepissem quotiens a prima adulescentia ductu meo scelestissumi hostes fusi et uobis salus quaesita est, nihil amplius in absentem me statuissetis quam adhuc agitis, patres conscripti, quem contra aetatem proiectum ad bellum saeuissumum, cum exercitu optume merito, quantum est in uobis, fame, miserruma omnium morte, confecistis. [2]Hacine spe populus Romanus liberos suos ad bellum misit ? Haec sunt praemia pro uolneribus et totiens ob rem publicam fuso sanguine ? Fessus scribundo mittundoque legatos, omnis opes et spes priuatas meas consumpsi, cum interim a uobis per triennium uix annuus sumptus datus est. [3]Per deos inmortalis, utrum censetis me uicem aerari praestare an exercitum sine frumento et stipendio habere posse ?

[4]Equidem fateor me ad hoc bellum maiore studio quam consilio profectum, quippe qui nomine modo imperi a uobis accepto, diebus quadraginta exercitum paraui hostisque in ceruicibus iam Italiae agentis ab

---

Test. Ep. Pompei. 3 utrum... creditis *(sic pro* censetis ; *uerborum autem ordo alius atque melior quam in V)* Diom. *I 366,12.*

IV. EPISTVLA CN. POMPEI AD SENATVM *V.*

3 utrum uicem me aerarii praestare creditis *Diom.* : utrum censetis me uicem aerari praestare *V* || *uerba ab* exercitum *usque ad finem orationis extant in palimpsesto Aurelianensi* || 4 dieb. XL *A* || ceruicibus *V* : ceruibus *A* || Intaliae *A* || agentes *A* .

me suis ouvert une route, différente de celle d'Hannibal, et plus commode pour nous. J'ai reconquis la Gaule, les Pyrénées, la Lacétanie, les Indigètes ; j'ai soutenu avec de jeunes recrues bien inférieures en nombre le premier choc de Sertorius vainqueur ; et j'ai passé l'hiver non dans les villes, et pour faire ma cour aux troupes, mais dans les camps, au milieu des plus redoutables ennemis.

A quoi bon, après cela, énumérer nos combats, nos expéditions d'hiver, les villes que nous avons détruites ou reprises, quand les faits en disent plus que les paroles ? Le camp ennemi capturé près de Sucron, la bataille livrée près du fleuve Durius[1], le général ennemi C. Hérennius tué, son armée, et la ville de Valence anéanties, tout cela vous est assez connu. En échange, ô comble de gratitude ! vous nous donnez l'indigence et la faim. Ainsi pour mon armée et pour celle des ennemis, les conditions sont égales : vous ne donnez pas plus de solde à l'une qu'à l'autre, et quel que soit le vainqueur, il peut venir en Italie.

Aussi je vous en avertis, et vous prie de bien y réfléchir, ne me forcez pas, sous la contrainte des nécessités, à ne prendre conseil que de moi-même. L'Espagne citérieure, qui n'est pas occupée par l'ennemi, a été dévastée de fond en comble par moi ou par Sertorius, à l'exception des villes de la côte, qui ne sont pour nous qu'un surcroît de charges et de dépenses[2]. La Gaule, l'an dernier, a fourni à l'armée de Métellus les vivres et la solde ; maintenant, après une mauvaise

1. Ou plutôt Turia, aujourd'hui le Guadalaviar. Il semble que Salluste ait confondu ce cours d'eau avec le Duero *(Durius)*, qui est beaucoup plus important.

2. Il s'agit d'Emporium, Tarraco, Saguntum qui étaient acquises aux Romains. Le texte de cette phrase est contesté dans le détail, mais le sens général ne fait pas difficulté.

Alpibus in Hispaniam submoui; per eas iter aliud atque Hannibal, nobis opportunius, patefeci. [5]Recepi Galliam, Pyrenaeum, Lacetaniam, Indigetis et primum impetum Sertori uictoris nouis militibus, et multo paucioribus, sustinui, hiememque in castris inter saeuissumos hostis, non per oppida neque ex ambitione mea egi. [6]Quid deinde proelia aut expeditiones hibernas, oppida excisa aut recepta enumerem, quando res plus ualet quam uerba? Castra hostium apud Sucronem capta et proelium apud flumen Durium, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia et exercitu deleti satis clara uobis sunt. Pro quis, o grati patres, egestatem et famem redditis. [7]Itaque meo et hostium exercitui par condicio est; namque stipendium neutri datur; uictor uterque in Italiam uenire potest.

[8]Quod ego uos moneo quaesoque ut animaduortatis, neu cogatis necessitatibus priuatim mihi consulere. [9]Hispaniam Citeriorem, quae non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem uastauimus, praeter maritumas ciuitates, <quae> ultro nobis sumptui onerique sunt. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit, et nunc malis fructibus ipsa uix agitat. Ego non rem familiarem modo,

---

summoui *A* submoui *V* || atque *V* : adque *A* || pa]tefeci recepi Galliam *om. A* || 5 pyrenaeum *V* : papyreneum *A* || lacetaniam *A V* lacetaniam *Hübner* || indigetes *A*, *ut uid.* || sortorii *A* || nouis *V* : nobis *A* || sustinuit *A* || saeuissimos *A* || ambitione mea *V* : ambitionem *A* || 6 apud *A* || Durium *A V* : Turiam *Ursinus* || exercitu : -tus *A* || uobis *V* : nobis *A* || 8 animaduertatis *A* || 9 quae *V* : *om. A* || uastabimus *A* || maritimas ciuitates *A* || <quae> ultro *add. Aldus* || onerique : onorique *V* aerique *A*, *tuetur Kurfess, B. Ph. W 1932,28* || sunt *A* : *om. V* || agitat *V* : agitate *A* || non *V* : *om. A*.

récolte, à peine a-t-elle de quoi vivre pour elle-même. Pour moi, j'ai non seulement épuisé ma fortune, mais mon crédit. Vous seuls me restez : si vous ne venez à mon aide, malgré moi, je vous le prédis, mon armée et avec elle toute la guerre d'Espagne passeront en Italie. »

uerum etiam fidem consumpsi. [10]Relicui uos estis; qui nisi subuenitis, inuito et praedicente me exercitus hinc et cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgredientur. »

---

etiam *V* : *om.* *A* || **10** nisi *V* : nesi *A* || inuito *V* : etuito *A* || predicente *A* || hic *A*[1] (n *s.s.*) || Italia *A* || transgradientur *A*.

DISCOURS DU TRIBUN LICINIUS MACER A LA PLÈBE

« Si vous n'étiez pas capables de distinguer, Citoyens, la différence qui existe entre les droits que vous ont légués vos ancêtres et la servitude que vous a imposée Sulla, j'aurais à vous faire un long exposé et à vous apprendre pour quelles injustices et combien de fois la plèbe a pris les armes et s'est séparée du Sénat, et comment elle a obtenu, pour défendre tous ses droits, la création des tribuns de la plèbe. Mais aujourd'hui je n'ai plus qu'à vous exhorter et à vous montrer le chemin qu'il faut prendre, à mon avis, pour reconquérir la liberté. Et je n'ignore pas de quelles forces dispose la noblesse que, seul, sans pouvoir, avec une vaine apparence de magistrature, j'entreprends de chasser de la tyrannie qu'elle exerce ; je n'ignore pas non plus combien une faction de criminels est plus libre d'agir en toute sûreté que des honnêtes gens isolés. Mais, outre le bon espoir que j'ai en vous et qui triomphe de ma crainte, je me suis fait cette règle qu'il vaut mieux pour un homme de cœur être vaincu en combattant pour la liberté que de n'avoir pas essayé de combattre.

Et pourtant, tous les autres magistrats créés pour défendre vos droits, gagnés par la faveur, les promesses, ou les récompenses, ont tourné contre vous toute leur puissance, toute leur autorité, et trouvent meilleur de faire le mal pour un salaire que de bien agir gratuitement. Aussi se sont-ils maintenant tous rangés sous la domination de quelques hommes, qui, sous le prétexte d'une guerre, se sont emparés du trésor, des armées, des royaumes, des provinces, et se font un rempart de

V

ORATIO MACRI TRIB. PLEB. AD PLEBEM

« [1]Si, Quirites, parum existumaretis quid inter ius a maioribus relictum uobis et hoc a Sulla paratum seruitium interesset, multis mihi disserundum fuit, docendique quas ob iniurias et quotiens a patribus armata plebes secessisset utique uindices parauisset omnis iuris sui tribunos plebis. [2]Nunc hortari modo relicuom est et ire primum uia qua capessundam arbitror libertatem. [3]Neque me praeterit quantas opes nobilitatis solus, inpotens, inani specie magistratus, pellere dominatione incipiam, quantoque tutius factio noxiorum agat quam soli innocentes. [4]Sed praeter spem bonam ex uobis, quae metum uicit, statui certaminis aduorsa pro libertate potiora esse forti uiro quam omnino non certauisse. [5]Quamquam omnes alii, creati pro iure uostro, uim cunctam et imperia sua gratia aut spe aut praemiis in uos conuortere, meliusque habent mercede delinquere quam gratis recte facere. [6]Itaque omnes concessere iam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aerarium, exercitus, regna, prouincias occupauere et

---

V. ORATIO MACRI TRIB. PLEB. AD PL. *V*

Test. 1 si... existimaretis DON. *Ter. Pho.* 45.

vos dépouilles, tandis que vous, tel un vil bétail, vous, qui êtes la foule, vous vous livrez à chacun d'eux comme une propriété dont il peut jouir à sa fantaisie, dépouillés de tout ce que vous ont laissé vos pères, sauf peut-être du droit de vote, grâce auquel vous vous donnez aujourd'hui, non plus des défenseurs comme autrefois, mais des maîtres. Aussi tous se sont-ils rangés de l'autre côté ; mais bientôt, si vous recouvrez ce qui vous appartient, la plupart reviendront à vous : rares en effet sont les hommes qui ont le courage de défendre le parti qui leur plaît ; les autres suivent celui du plus fort.

Pensez-vous par hasard que, si vous marchez animés d'un même esprit, vous puissiez rencontrer le moindre obstacle, vous que l'on redoute déjà malgré votre mollesse et votre indolence ? Croyez-vous en effet que Cotta, ce consul issu du cœur même de l'oligarchie, ait eu d'autres motifs que la crainte pour rendre aux tribuns de la plèbe quelques-uns de leurs droits ? Et quoique L. Sicinius, pour avoir osé le premier parler de la puissance tribunitienne, eût été, sans que vous osiez élever la voix, traqué de tous côtés par les patriciens, ils ont néanmoins redouté l'explosion de votre haine avant même que vous ne fussiez las de subir leur oppression. C'est cette apathie dont je ne puis assez m'étonner, Citoyens ; car vous avez pu constater toute la vanité de vos espérances. Après la mort de Sulla, qui vous avait imposé une servitude criminelle, vous croyiez être à la fin de vos maux : il s'est levé un tyran infiniment plus cruel, Catulus. Ensuite, une guerre civile a éclaté sous le consulat de Brutus et de Mamercus ; après, C. Curion a poussé la tyrannie jusqu'à faire périr un tribun innocent ; vous avez vu l'an dernier avec quelle animosité Lucullus a marché contre L. Quintius ; enfin, quelles tempêtes ne soulève-t-on pas aujourd'hui contre moi ! Toutes ces menées étaient vaines, si vraiment les nobles

arcem habent ex spoliis uostris ; cum interim, more pecorum, uos, multitudo, singulis habendos fruendosque praebetis, exuti omnibus quae maiores reliquere, nisi quia uobismet ipsi per suffragia, ut praesides olim, nunc dominos destinatis. [7]Itaque concessere illuc omnes; at mox, si uostra receperitis, ad uos plerique : raris enim animus est ad ea quae placent defendunda ; ceteri ualidiorum sunt.

[8]An dubium habetis num officere quid uobis uno animo pergentibus possit, quos languidos socordisque pertimuere ? Nisi forte C. Cotta, ex factione media consul, aliter quam metu iura quaedam tribunis plebis restituit. Et quamquam L. Sicinius, primus de potestate tribunicia loqui ausus, mussantibus uobis circumuentus erat, tamen prius illi inuidiam metuere quam uos iniuriae pertaesum est. Quod ego nequeo satis mirari, Quirites ; nam spem frustra fuisse intellexistis. [9]Sulla mortuo, qui scelestum imposuerat seruitium, finem mali credebatis : ortus est longe saeuior Catulus. [10]Tumultus intercessit Bruto et Mamerco consulibus. Dein C. Curio ad exitium usque insontis tribuni dominatus est. [11]Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quintium uidistis. Quantae denique nunc mihi turbae concitantur ! Quae profecto in cassum agebantur, si prius

---

Test. 8 quam... pertaesum est Arvs. *VII 500,14.*

6 ipsi *Kortte* : ipsis *V* || uosmet ipsi *Aldus* || 8 mutuere *V* || intellexistis *in mg. V.*

avaient l'intention de mettre fin à leur tyrannie avant que vous-mêmes missiez fin à votre esclavage, surtout si l'on se rappelle que, dans toutes ces guerres civiles, on n'a fait, sous d'autres prétextes, que lutter de part et d'autre à qui vous asservirait. Aussi les autres conflits nés de la licence ou de la haine ou de l'avarice n'ont produit que des incendies passagers ; une seule chose est demeurée constamment, qu'on s'est disputée de part et d'autre, et qu'on vous a enlevée pour l'avenir : la puissance tribunitienne, cette arme que vous avaient forgée vos pères pour défendre votre liberté.

Je vous en avertis donc, je vous en conjure, faites-y bien attention : n'allez pas, changeant le nom des choses au gré de votre lâcheté, appeler repos ce qui est servitude. Ne comptez même plus sur ce repos-là si le crime triomphe de la justice et de l'honneur : vous l'auriez eu, si vous étiez restés tout à fait tranquilles. Maintenant ils ont l'œil sur vous, et, si vous n'êtes vainqueurs, comme toute oppression est plus à l'abri à mesure qu'elle devient plus pesante, ils serreront vos chaînes plus étroitement encore.

Quel est donc ton avis ? me suggérera l'un d'entre vous. Qu'avant tout vous renonciez à vos manières d'agir, langues infatigables et cœurs lâches, qui, une fois sortis de cette assemblée, ne songez plus à la liberté. Ensuite — pour ne pas vous appeler à ces actes virils, grâce à quoi vos pères vous ont obtenu les tribuns de la plèbe, puis récemment l'accès aux magistratures patriciennes, des votes affranchis de la ratification des patriciens — puisque toute la force réside en vous, Citoyens, et que vous pouvez assurément exécuter ou non, selon votre intérêt, ces ordres que maintenant vous acceptez pour le profit d'autrui, allez-vous attendre que Jupiter ou quelque autre dieu vous conseille ? Ces ordres orgueilleux des consuls, ces décrets des sénateurs, c'est vous qui

quam uos seruiundi finem, illi dominationis facturi erant ; praesertim cum his ciuilibus armis dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in uobis sit. [12]Itaque cetera ex licentia aut odio aut auaritia in tempus arsere ; permansit una res modo, quae utrimque quaesita est et erepta in posterum, uis tribunicia, telum a maioribus libertati paratum. [13]Quod ego uos moneo quaesoque ut animaduortatis, neu nomina rerum ad ignauiam mutantes, otium pro seruitio appelletis. Quo iam ipso frui, si uera et honesta flagitium superauerit, non est condicio : fuisset, si omnino quiessetis. Nunc animum aduortere et, nisi uiceritis, quoniam omnis iniuria grauitate tutior est, artius habebunt.

« [14]Quid censes igitur ? » aliquis uostrum subiecerit. Primum omnium, omittendum morem hunc quem agitis, impigrae linguae, animi ignaui, non ultra contionis locum memores libertatis ; [15]deinde — ne uos ad uirilia illa uocem, quo tribunos plebei, modo patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia maiores uostri parauere — cum uis omnis, Quirites, in uobis sit et quae iussa nunc pro aliis toleratis, pro

---

Test. **12** itaque... arsere Arvs. *VII 486,30* || **14** amittendum *(sic)*... agidis Arvs. *VII 453, 10.*

11 in uobis *A* : in uos *Dietsch (cf. Or. Lep. 2)* || **12** et erepta in posterum uis tribunicia *del. commate ante* uis, *Madvig* || **14** omittendum *V* : amittendum *Arus.* || contionis *ex* conditionis *V* || **15** quom uis : qum *(cum* a *s.s.) V* quamuis *Aldus.*

les validez, Citoyens, en les exécutant ; et toute licence qu'on se permet contre vous, vous vous empressez spontanément d'y ajouter, d'y apporter votre concours.

